FRAGMENTA ALCMANIS LYRICI

Alcman, Friedrich Gottlieb Welcker

FRAGMENTA
ALCMANIS LYRICI

COLLEGIT ET RECENSUIT

FRIDERICUS THEOPHILUS WELCKERUS,

PHILOS. D. LITTERAR. GRAECC. ET ARCHAEOLOGIAE IN UNIVERS. LITT. GISSENSI P. P. O. PAEDAGOGII COLLEGA.

MDCCCXV.

1815

Ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήμαθ᾽ ὡς ὁδοιπορεῖς.

Menander.

Alcman Spartanus.

Suidas. Ἀλκμάν [1]) Λάκων, ἀπὸ Μεσσόας. [2]) κατὰ δὲ τὸν Κράτητα πταίοντα [3]) Λυδὸς, ἐκ Σαρδέων, [4]) λυρικός, υἱὸς Δάμαντος [5]) ἢ Τιτάρου. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς κζ' Ὀλυμπιάδος, βασιλεύοντος Λυδῶν Ἄρδυος, τοῦ Ἀλυάττου πατρός. [6]) καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. [7]) ἀπὸ οἰκετῶν δὲ ἔγραψε βιβλία ς'· μέλη καὶ Κολυμβώσας. [8]) πρῶτος δὲ εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν. [9]) κέχρηται δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ, καθάπερ Λακεδαιμόνιοι. [10]) ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκμάν, εἷς τῶν λυρικῶν, ὃν ἤνεγκεν ἡ Μεσσήνη.

Compendium horum est apud *Eudociam* p. 60: Ἀλκμάν· Λάκων ἀπὸ Μεσσόας, λυρικός, εὑρετὴς τῶν ἐρωτικῶν μελῶν, ἔγραψε βιβλία ς'· μέλη καὶ Κολυμβώσας. πρῶτος εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν. κέχρηται Δωρίδι διαλέκτῳ ὡς Λακεδαιμόνιοι. (In *F. C. Wolf. Mulierum Gr. quae orat. prosa usae sunt fragm.* p. 360 exaratum est Λακεδαιμονίοις. Leg. Λακεδαιμόνιοι.)

Notae.

1) Ἀλκμάν contractum est Dorice ex Ἀλκμαίων, *Eustath.* ad *Il.* p. 138, 8, quem sua debere Heraclidae animadvertit *Valcken.* ad *Eurip. Phoen.* p. 65: — παιάων, ὅθεν κατὰ συστολὴν παιάν. εἶτα ὥσπερ Ἀλκμάων Ἀλκμᾶν παρὰ Πινδάρῳ, (*Pyth.* VIII, 66. 88. Ἀλκμανιδᾶν, *Pyth.* VII, 2.) οὕτω παιάων, παιᾶν. (immo παιάν, Ἀλκμάν.) Ita etiam Ἀμυθάων, Ἀμυθάν, Αἰγαίων, Αἰγάων, Αἰγάν,

Ἑρμαῖον, Ἑρμάν, Τιταίωνες, Τιτᾶνες, Ποτιδάν. *Eustath.* ad *Il.* VIII. p. 708, 28: Ὁ Ποσειδῶν Ποτιδὰν παρὰ Δωριεῦσι λέγεται κατὰ τὸ, Ἀλκμάν. Falsus igitur est idem *Eustath.* ad *Il.* II. p. 335, 15, ab accusativo ἀλκιμάν nomen poetae derivans. In Fr. XX sese ipse Ἀλκμᾶνα vocat; apud Latinos aliquoties *Alcmaeon* occurrit de poeta; in codicibus etiam Graecis passim variat scriptura, ubi tamen semper praeferendum videtur Ἀλκμάν, cum extra versum nominibus propriis certa et nativa quaedam forma constare soleat. Quid, quod? omne dubium tollit *Christodorus Ecphr.* 393, insolitum Alcmaeonis nomen, adjecto titulo μάντις, statuae insculptum, interpretatione egere simulans:

Ἵστατο δ᾽ Ἀλκμαίων κεκλημένος οὔνομα μάντις.
ἀλλ᾽ οὐ μάντις ἔην ὁ βοώμενος, οὐδ᾽ ἐπὶ χαίτης
δάφνης εἶχε κόρυμβον· ἐγὼ δ᾽ Ἀλκμᾶνα δοκεύω,
ὃς πρὶν εὐφθόγγοιο λύρης ἠσκήσατο τέχνην,
Δώριον εὐκελάδοισι μέλος χορδῇσιν ὑφαίνων.

Contra Alcmaeon mythicus non nisi a lyrico dicitur Ἀλκμάν, et ejusdem nominis physicus aliique constanter audiunt Alcmaeon. De hac nominis varietate, praeter quos citat *Harles.* ad *Fabric. Bibl. Gr.* T. II. p. 89 not. 99. confuse plerosque scribentes, annotavit *Beckmann.* ad *Antig. Caryst.* 95.

2) *Strab.* VIII. p. 364: Τῶν δ᾽ ὑφ᾽ Ὁμήρου καταλεγομένων, τὴν μὲν Μέσσην (*Il.* II, 582.) οὐδαμοῦ δείκνυσθαί φασι· Μεσόαν (uno σ scribit et Pausanias, duplici Steph. Byz.) δ᾽ οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος τῆς Σπάρτης δέ, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον. Ἔνιοι δὲ κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην· εἴρηται γάρ, ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς. παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποιητοῦ, τῶ κρῖ (κριθή) δῶ (δῶμα) καὶ μάψ. Praeter Stephanum Byzantinum, qui Strabonem exscribit, *Pausanias* etiam, III, 17, 6. VII, 20, 4, Messoam a Messene diversam esse testatur. Fuerunt tamen inter grammaticos, qui Spartae tribum et urbem Messenam confunderent, aut ob etymon commune, dum crederent, uti Homericam Μέσσην, sic et Alcmanicam Μεσόαν, forma tantum a Μεσσήνη differre; aut temere, (quomodo Lilius Gyraldus Messoam mendum esse ducit;) quorum incogitantia sive errore factum,

ut non solum poeta noster Messenius a quibusdam, et metrum quoddam ab ipso inventum Messeniacum diceretur, (*Victorin.* p. 2522 Putsch.) sed ut postea, accedente diversa nominis forma et testium de poetae aetate vel minima discrepantia, alii duos ejusdem nominis poetas comminiscerentur. Hinc nata, si quid judico, lacinia eclogae vetusti et egregii auctoris a Suida servatae assuta: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκμὰν κ. τ. λ. Quae, obsecro, verisimilitudo, tam arcto temporis spatio, tam longinqua vetustate, tam propinqua vicinitate, in Laconia denique, duo ejusdem nominis poetas vixisse, utrumque lyricum, utrumque ad posteritatem clarum? Messeniusne vero an Spartanus Alcman haberi debeat, nemo dubitabit, qui testium hoc declarantium numerum et gravitatem cum dissentientibus pensitaverit. Monendum tantum est contra *Tzschuckium*, in notis ad Strab. l. c. Pausaniam neutiquam secernere Mesoam a Sparta aliter, quam quatenus tribus vulgo distinguebantur ab urbe, quum et loco satis saepe ab invicem distantes essent. Recte igitur *Salmasius*, ad *Solin.* 40 p. 825, non dissentire ait, qui Μεσσοάταν et qui Σπαρτιάταν faciant Alcmanem.

3) In MS. Vatic. πταλεττα, aeque ac πτάεττα vel Πτάεττα manifesto corruptum, etsi, teste *Vossio de hist. Gr.* constanter ita legatur in Mediolanensi, Ald. Bas. aliisque. Scaligeri et Pearsoni conjectura τῷ ὄντι, Kustero aliisque probata, mihi non placet. Cognomen Cratetis latere censeo. Sic Sosibium grammaticum infra videbimus Λυτικὸν cognominatum fuisse, Archytam Ἁρμονικόν.

4) Levis in hac re Cratetis auctoritas. Vixit enim is, siquidem Cratetem Mallotem cogitavit Suidas, sub Ptolemaeo VI. Ex epigrammate autem *Leonidae Tarentini*, centum annis ante sub Ptolemaeo II clari, discimus, jam tum temporis litigatum esse, Spartanus Alcman, an Lydus fuerit. *Brunck. Anal.* T. I p. 241. ep. 80:

Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων
κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον,
τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλαν χάριν, ἔνθ' ὅ γε Λυδὸς
ἄχθος ἀποῤῥίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδην.

Emendationes quorundam virorum doctorum huic epigrammati corruptionem potius minitantur. Nihil enim ad sensum desiderari senties, ubi recte interpretatus fueris verba Σπάρτας μεγ. χάριν cet. *sive Spartae decus sit dicendus, sive Lydus, utpote servilis olim conditionis.* Verum enim id ipsum Λυδὸς anceps est, nec aliunde, ne ex ipsius quidem Alcmanis loco, Fr. XI, quem huc trahendum existimo, confici potest, utrum natus sit Sardibus, an parentes majoresve ejus inde fuerint oriundi. Posterius contendit *Alexander Aetolus*, sub eodem Ptolemaeo Philadelpho florens, felicem praedicans Alcmanem, quod non Sardibus, sed Spartae nutritus fuerit. *Anal.* T. I p. 418 ep. 3:

Σάρδιες, ἀρχαῖον πατέρων νομός, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
    ἐτρεφόμαν, χέρνας ἦν τις ἄν, ἢ βακέλας
χρυσοφόρος, ῥήσσων καλὰ τύμπανα. νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
    οὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος,
καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλικωνίδας, αἵ με τυράννων
    θῆκαν Δασκύλεω μείζονα καὶ Γύγεω.

Auctor anonymus epigrammatis in novem lyricos apud *Ursinum* p. 62, quod unde sumtum sit doceri velim, Lydos quidem Alcmane gloriari dicit, at Spartae eum natum esse:

Ἀλκμὰν ἐν Λυδοῖσι μέγα πρέπει, ἀλλὰ Δάμωνος
    ἐστὶ καὶ ἐκ Σπάρτης, Δώριδος ἁρμονίης.

Illud defendere videntur *Vellejus Paterculus* I, 18 et *Aelianus V. H.* XII, 50, licet utriusque admodum insufficiens sit oratio. Velleji verba haec sunt: *Neque enim ego hoc magis miratus sum, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem, aut dum vixit auctoritate aut post mortem memoria dignum existimatum. Quae urbes talium studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari inluminaret. Nam Alcmana Lacones falso sibi vindicant.* Loquitur de differentia aetatum et terrarum in producendis claris ingeniis. Jam Alcmanem patre Lydo, vel ipsa Lacedaemone, natum, cum civis non esset Spartanus, a Laconibus abjudicari potuisse a Vellejo, in oculos occurrit. Sic haud raro qui in peregrinis urbibus sedem fixerant a vetere patria denominantur,

ut *Pind. Nem.* II Timodemus, qui Salamine habitabat, Atheniensis vocatur. Contra aliena civitate donati ejusdem saepe nomen gerunt, ut Tyrtaeus Milesius aliquando Laco dictus est. Ceterum dubito, an haud ita verum sit, quod *Ruhnkenius* ad illum locum notat, T. II p. 663, Vellejum scilicet ingenii artes non distinxisse ab invicem, illasque urbes, ut nec eloquentia, nec philosophia, nec tragoedia atque comoedia unquam floruerint, ita lyricae tamen poeseos laude summa injuria defraudasse. Certe, si Thebas vere defraudavit, Spartanorum lyricos primarios omnes haud fuisse indigenas, artemque musicam Lacedaemone antiquitus honoratam quidem, sed tanquam hospitem quandam aut μέτοικον habitam esse, ex variis indiciis mihi perspicere videor. Aelianus de poetis a Lacedaemoniis accersitis perfunctorie scribit: Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπείρως εἶχον. εἰ δέ ποτε ἐδεήθησαν τῆς ἐκ Μουσῶν ἐπικουρίας, ἢ νοσήσαντες, ἢ παραφρονήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον δημοσίᾳ παθόντες, μετεπέμποντο ξένους ἄνδρας, οἷον ἰατρούς, ἢ κατὰ πυθόχρηστον. μετεπέμψαντό γε μὴν Τέρπανδρον, καὶ Θάλητα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, καὶ Ἀλκμᾶνα· αὐλώδης γὰρ ἦν. (Num αὐλῳδός? Perizonius acute conjecit: καὶ Ἀλκμᾶνα ἄν· Λυδὸς γὰρ ἦν, nempe quem multi Laconem ferrent. Idem addit Bacin, ex oraculo Apollinis arcessitum. *Schol. Aristoph. Av.* 963.)

Non sane leve foret ad judicii veritatem, si de vetustorum Lydorum moribus, lingua, ingeniique cultu aliquanto plus calleremus. Sed quae ex Lydicarum rerum scriptoribus supersunt fragmenta, quae maxime scire interest vix ac ne vix quidem attingunt, et accuratior atque critica de Lydis aeque ac de aliis vicinis Graecorum cognatisque populis disquisitio adhuc desideratur. Hoc quidem ex *Herodoto* I, 94 constat, Lydos atque Graecos admodum similibus usos fuisse moribus; immo secundum Herodotum et Xenophontem Jonia ipsa aliquando partem Lydiae constituit, sicuti haec seriori aetate Graecis adeo referta fuisse videtur, ut Lydi quasi coalescerent cum Graecis, ita ut Sardiani in numis urbem suam praedicarent ἀσίας, λυδίας, ἑλλάδος α (i. e. primam) μητρόπολιν. (*Spanh. De U. et Pr. N.* p. 618. *Eckh. D. N. T.* III. p. 115 sq.) Ita Lycii a Platone inter Graecos referuntur. Cf. *Boeckh. in Min.* p. 65. Nihil ne-

cessario conficitur eo, quo, post *Burettum* in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. XIII. p. 198, usus est cl. *Boettigerus*, in *Wieland. Attisch. Mus.* T. I, 1. p. 337, Lydicam rem esse tibiis canere, Alcmanem autem tibicinem fuisse. Nam uti in arte musica Lydos excelluisse et Graecorum magistros fuisse, dubitari nequit, (*Athen.* I. p. 16 B.) quippe quos et tibiae et citharae inventores profiteantur — quanquam tibia saltem ad Phrygiam potius pertinere videatur, Hyagnidem puta, Marsyan, Olympum, (*Chron. Par.* Ep. 10. *Plat. Min.* p. 318 B. *Athen.* p. 624. B. *Clem. Alex. Strom.* I, 16 p. 306. *Spanh.* ad *Callim. H. in Dian.* 245. *Hotib. Lectt. Aristoph.* p. 115) — ita poesin, tum quidem temporis primarias agentem partes, (*Plut. De Music.* Cap. 30) nullo modo ex Lydis pendere videmus. Alcman autem qua poeta, non qua αὐλῳδός celebratur. Cf. Fr. LXXXVI. Majoris momenti est, quod Lydos, ut alias gentes barbaras, Ponticos, Phrygas, suos venditasse, nec si forte in servitudinem redacti essent, liberasse constat. Vid. quae de servili eorum ingenio, mollitie, et nequitia loca veterum congessit *Creuzer. Hist. Gr. Fragm.* p. 204 add. *Philostr. Apollon.* VIII, 7, 12. Iam de servili Alcmanis conditione locupletior ceteris supra adductis testis restat, *Heraclides Ponticus*, Platonis auditor, cujus in fragm. II. *De rebus politicis* haec sunt verba: Ὁ δὲ Ἀλκμὰν οἰκέτης ἦν Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν ἠλευθερώθη (ἀπὸ οἰκετῶν eum dicit Suidas, i. e. *libertum*, ut ἀπὸ δούλων) καὶ ποιητὴς ἀπέβη. Quae duabus periodis de Lycurgo loquentibus interjecta, quin loco suo mota sint, procul est dubio, nec id horum fragmentorum naturam et conditionem consideranti videbitur mirum. Habent tamen antiquitatis speciem, nec, si ex margine in illum textus locum intrasse cum nupero editore dicas, ex alieno libro ad marginem adscripta fuisse crediderim.

Quibus omnibus pensitatis, in eam deferimur opinionem, ut Alcmanem natione quidem Lydum fuisse, non tamen in Lydia natum et, quod de Aesopo narratur, pretio emtum in Graeciam deductum, sed Spartae potius patre servo ortum esse, persuasum habeamus. Hoc luce clarius est, eum, nisi natura, vita certe, arte, lingua, civitate, iis om-

nibus rebus, quibus maxime censetur patria et quae solae majorem gignere solent necessitatem, Graecum, eumque Laconem fuisse, gloriamque ejus merito redire in eam urbem, quae adoptione saltem ejus esset patria. Hoc nec Paterculum, qui tum aliud agebat, negaturum fuisse credo. Atque ita fere jam *Baylius* rem expediverat: *Les uns disent, qu'il étoit de Lacedémone, les autres qu'il étoit né à Sardes, ville capitale de la Lydie. Ce qu'il y a de bien sûr, c'est qu'il eut droit de bourgeoise dans Sparta et que les Lacedémoniens se sont fait honneur d'avoir fourni à la Grèce un bel esprit comme celui là.* Quantum delectati sint ejus carminibus, edocemur a Plutarcho et Athenaeo. A *Statio Silv.* V, 3, 153 Alcman dicitur *tetricis cantatus Amyclis.* Amyclae enim poetice usurpantur pro Sparta, *Eurip. Troad.* 986. Fugit hoc acutissimum *Jacobsium* ad *Christod. Ecphr.* 116 cf. *Hermesian. El.* 33. Quare optimo jure *Meursius, Misc. Lac.* IV, 17, caput tenuissimum de Lacedaemoniis scriptis claris ab eo incipit, quem veteres passim, ipso nomine omisso, Laconem poetam vocant.

5) Damantis filium eum dicit distichon Not. 4 allatum.

6) Rex Ardys, cui coaevus fertur Alcman, pater Sadyattis, avus Alyattis, Croesi proavus, regnavit usque ad annum 633. Alcman floruit circa a. 670 ante Chr. n. i. e. 80 u. c. *Chronicon Eusebio-Hieronymianum* (col. 442 Ed. Vallars.) quod sequuntur Baylius et Corsinus, pro Ol. XXVII, quae est apud Suidam, habet Ol. XXX, 4. *Alcmaeon clarus habetur et Lesches Lesbius, qui fecit parvam Iliada.* Verum in eodem Chronico ad Ol. XLII refertur *Alcman*, ubi circumspecte Eusebius: Ἀλκμὰν κατά τινας ἐγνωρίζετο. (Hieronymus: *A. ut quibusdam videtur, agnoscitur.*) Errare igitur ei visi sunt, vel qui duo Alcmanes fingerent, vel qui priorem hac demum aetate vixisse statuerent. *Beckius* in *Harles. Bibl. Gr.* editione de totius loci genuinitate dubium injicit. Summi ponderis sunt aequaevi Alcmani memorati Ardys, de quo in Alcmanis carminibus sermo esse poterat, et Lesches, quem certamine musico Arctinum superasse circa Ol. XVIII auctor est *Xanthus Lyd.* apud *Clem. Alex.* p. 398 Potter. *G. Syncellus* p. 213 Ed. Paris. (p. 170 Ed. Ven.)

Eusebium verbatim exscripsit, olympiadum numero suppresso. Contra ea is, a quo consarcinata est ἡ ἱστοριῶν συναγωγὴ ad calcem Chronici Eusebiani in editiones Scaligeri, cum Suida consentit: Ολ. κζ΄. α΄. Ἀλκμὰν ὁ λυρικὸς ἐγνωρίζετο, Ἄρδυος Ἀλυάττου πατρὸς τῶν Λυδῶν βασιλεύοντος. Quidam Alcmanis discipulum perhibuerunt Arionem, quem circa Ol. XXXVIII ponit Suidas, ut Tyrtaeum ad Ol. XXXV. Aetas Callini, Clonae, Thaletae, Terpandri, Simonidis, Archilochi, nimis controversa, quam ut inde aliquid ad Nostri aevum definiendum deduci possit.

7) Inventorem fuisse Alcmanem amatorii carminis *Archytas Milesius* testatur, apud *Athen.* XIII p. 600 F. Ἀρχύτας δὲ ὁ Ἁρμονικός, ὥς φησι Χαμαιλέων, Ἀλκμᾶνα γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα, καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος ἀκόλαστον * ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσαν * εἰς τὰς διατριβάς. διὸ καὶ λέγειν ἔν τινι τῶν μελῶν· Ἔρως με δ' αὖτε v. Fr. XXVI. Cf. *Anal.* T. III p. 260 ep. 519:

Θηλυμελεῖς τ' Ἀλκμᾶνος ἀηδόνες, ἵλατε, παῖδες
ἀρχὴν οἳ λυρικῆς καὶ πέρας ἐσπάσατε.

Θηλυμελεῖς, quod est in Cod. Vat. de Partheniis scilicet accipiendum, non de amoris intemperantia, altera lectione Θηλυμανεῖς, praestat, quam Ald. in codice quodam reperit et Ursinus recepit. Alterum in novem lyricos epigramma, illud excipiens, de Alcmane nil nisi: ὁ γλυκὺς Ἀλκμάν. *Apulej. Apolog.* p. 11 Bip. *Fecit versus Apulejus: si malos, crimen est; nec tamen id philosophi, sed poetae: sin bonos, quid accusas? At enim ludicros et amatorios fecit. Num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me magiae detulistis? Fecere tamen et alii talia, et si vos ignoratis, apud Graecos Tejus quidam et Lacedaemonius et Ceus cum aliis innumeris.* *Eupolis* in *Eilotis* apud *Athen.* XIV p. 638 de Gnesippo, ludicri et amatorii generis cantilenarum poeta, dicit:

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον
ἀείδειν·
(ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν, sc. in sequ.)
κεῖνος νυκτερίν' ηὗρ' ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

(Sic enim haec a viris eximiis tentata ad metrum revocari posse existimo. Ordo est duplex anapaesticus cum basi et jambicus. Ἰαμβύκη penultimam producit, *sambūca*. Particula adversativa post κῖνος non sine vi quadam omissa, cujus usus exempla afferre supersedeo. Vocem μοιχοῖς post ὄρνις, quae et omni modulatione confinia verba privat, et glossam sapit, exterminavi. Praeterea ne tantillum quidem in vetere textu mutavi; spondeum vero ἀρχαῖον in penultima sede jambi catal. quum cetera adeo bene fluant, huic quidem comico condonandum putavi.) Primum versum *Jacobs. Anim. in Athen.* p. 338 optime vertit: *Stesichori et Alcmanis et Simonidis carmina canere jam antiquum est*, i. e. *nemo illa jam canit*, et admodum in rem comparat *Aristoph. Nub.* 1358.

8) Verba καὶ κολυμβώσας vereor, ne a sciolo quodam textui intrusa sint. *Ptolem. Hephaest. V. H.* Lib. V. apud *Phot.* p. 250 Hoesch. et in *Galii Script. Hist. poet.* p. 326: Τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκμάνους (leg. Ἀλκμαίωνος) πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτανύχου τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι, (sc. τελευτήσαντος) τὰς δ' Ὑβριστοδίκας Εὐπόλιδος πρὸς τῇ Ἐφιάλτου, τὰς δὲ Εὐνίδας (Stob. memorat. Εὐνεΐδας) Κρατίνου πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως Μακεδόνων. Quis non videt, comoediae nomen esse *Natantes* et Alcmaeonem sive Alcmanem aliunde ignotum deperditorum comicorum indici inserendum? Hic ipse Ptolemaei locus forte interpolationis fons fuit, qua multi decipi se passi sunt. Scribendum igitur βιβλία ἐξ μέλων. Carminum Alcmanis plures memorantur species, ut *hymni*; v. Fr. XXXII, *hymenaei*, sive γαμικοὶ ὕμνοι, ad quos pertinere videtur Fr. XVII sq. (cf. Leonidae Tar. ep. supra allatum, ubi monente anthologiae sospitatore praestantissimo ὑμεναίων pro quovis carmine lyrico positum est, ut pars scil. pro toto.) Porro κλεψίαμβοι, quos *Aristoxenus* apud *Hesychium* μέλη τινά, παρὰ Ἀλκμᾶνι dicit, *Jul. Pollux* autem IV, 59 et *Athen.* IV p. 183 F. ex eodem Aristoxeno inter instrumenta musica referunt. Phillis apud *Athen.* XIV p. 656 B; Ἐν οἷς γὰρ τοὺς ἰάμβους ᾖδον, ἰαμβύκας ἐκάλουν· ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέτροις κλεψιάμβους. Quid hoc sit, *ita canere, ut quasi furtim mutentur metra*, seu *metrica ratione fraudentur*, non intelligo. Num eo modo, quo ii, qui *improvisatori* vocantur, apud Italos canunt? Nugari videtur

grammaticus. *Plutarchus De musica* p. 1136 E. (cap. 17) Οὐκ ἠγνόει δὲ, (Plato) ὅτι πολλὰ Δώρια Παρθένεια ἄλλα (vox suspecta) Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται, ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι προσόδια καὶ παιᾶνες. Nulli quidem carminum generi magis operam dedisse videtur Alcman, quam Partheniis, quorum nemo ipso vetustior innotuit auctor. Magna pars fragmentorum huc redit, et Stephanus Byz. Fr. XI, librum secundum τῶν παρθενίων citans, totam adeo Alcmanis poesin ab hac, tanquam principali, parte denotare et Partheniorum nomine complecti videtur. De horum carminum natura nihil fere in grammaticorum scriptis expositum invenimus, cf. *Heyn. Pind. Fragm.* p. 27. 162. Unus scholiasta quae a puellis chorisve virginum, alius quae in puellas cantarentur, hoc nomine significari statuit. Immo utrumque genus eodem comprehenditur. Quare *Proclus* in *Chrestom.* ait: Εἰς θεοὺς δὲ (sc. a puellis cantata ut hymni et hymenaei) καὶ ἀνθρώπους παρθένια. Ejus generis, ob quod laudatorem et consiliatorem virginum Alcmanem vocat Aristides, (Fr. XIII), sunt Fr. XII. XIII. XVII. XVIII. XXI. XXIII. XXV. XXVI sq. cf. CVI. CVIII. CXVIII. Alterius est Pindari versus apud *Athen.* XV p. 694, et Alcmanis Fr. I. XI. XXIX. LXXIII; eoque referendum quod scribit *Georgius Lecapenus* Περὶ συντάξεως p. 177: (Ald. 1525) Παρ' Ἀλκμᾶνι εὑρίσκομεν τὰς παρθένους ὑποκοριστικαῖς χρωμένας λέξεσι· πρίνον γὰρ τοῦτο παρθένοις. Quale fuerit multorum Alcmanis partheniorum argumentum, quis habitus, tractandi modus et indoles, qui animi sensus et affectus in iis expressi, ex iis aliquo modo divinare licet, quae de virginibus Spartanis a veteribus tradita sunt. Si consideres vitam earum magis in publico versantem parumque a juvenum victu abhorrentem, si legas e. g. puellas non cantu solum in festis solennibus, (Hesych. V. Καλλαΐβια) sed cursu etiam, (*Theocr. XVIII,* 22) lucta, discorum et telorum jactu frequenti exercitatione, remota omni mollitia foeminina, certasse, nudas saltasse, assistentibus atque spectantibus illis, (*Hesych.* V. Ἐνδρωμίας) carminibus celebrasse, si quis juvenum caeteris praestaret, aut dicteriis publice perstrinxisse peccantes, ita ut unus quisque clarus inter virgines haberi arderet, (*Plutarch. Lycurg.* p. 47 E. 48. 55 F. *Num.* p. 76 F.);

si cogites pompas earum et choreas, virgines Dionysiades et Lyciades (*Hesych.* sub utraque V.) et alia quae de sequioris sexus apud Dores moribus et institutis ex veterum scriptis ac monumentis erui possunt; facile in animum inducas, admodum multiplex et varium totum hoc fuisse τῶν παρθενίων genus, et facile colligas, nos in amatoria hujus poeseos parte, si cum aliis ejusdem generis carminibus Graecis nunc conferri posset, multa tanquam singularia et priva esse miraturos.

9) Idem velle videtur fragmentum, quod *Censorino* adjungi solet, Cap. 9 p. 140 Ed. Havercamp. cf. *Vales. Emend.* IV, 14: *Alcman numeros etiam minuit in carmine.* Ut verum sit, quod pronunciavit vir ingeniosissimus (*Frid. Schlegel Gesch. der Poesie der Griech. und Röm.* p. 234) Doricam poesin ab Alcmane tanquam a conditore suo incipere, illi certe opinioni, quae scilicet Alcmanem totius poeseos lyricae patrem et auctorem facit, et alia veterum testimonia, et tempus etiam, locus, alia obstant. Sed totum hunc locum, qui est de artis lyricae apud Graecos ratione et indole, ortu et progressu, tunc tractabo, ubi otium nactus fuero, ad veterum lyricorum et jambographorum plerorumque omnium fragmenta a me collecta, cum illustrationibus necessariis, in lucem edenda, cujus opellae nunc, quum de improviso programmatis scribendi negotium mihi impositum esset, illibenter sane, ob extremam temporis otiique angustiam, specimen excudi patior, verens, ne critici eruditi, quorum id judicio submittam, eam etiam imperfectionem, quae a festinatione inseparabilis est, cura studioque evitari possit, soli auctori dent culpae. — Missis igitur iis, quae altioris sunt indaginis, nec nisi multis rerum momentis bene ponderatis in ordinem redigi possunt, hic satis habeo brevem conspectum apponere metrorum, quibus ex ipsis fragmentis et ex grammaticis Alcmanem usum esse videmus; unde tamen de ambitu, quem ars ejus musica seu metrica habuerit, justum et bene limitatum judicium vix ferri posse arbitror. Fragmenta emendatione et conjectura in metri formam concinnata, licet integrum de iis judicium esto apud lectorem, brevitatis caussa, in hoc recensu a ceteris separare nolui.

1) Versus Dactylici. a) Hexametri. Fr. XII. XIII. XXX. XXXVII. XLVII. L. LI. LXXXII. CXVI. b) Tetram. acatal. Fr. I. IV. VIII. c) catal. in bisyll. XXII. CXXIII. Utrumque genus mixtum Fr. XXIII. XXV. d) catal. in syll. Fr. LXIV. Μέτρον δακτυλικὸν Ἀλκμάνειον ἑφθημιμερές, ut a *Scholiasta Aristophanis* alicubi vocatur. *Servius* in *Centimetro* p. 1820 sq. Putsch. vocat trimetrum hypercat. Idem ut metra Alcmanica laudat e) Trimetrum catal. in syll. f) Tetram. hypercat. g) Hexametrum hypercat.

2) Anapaesti sunt Fr. XXI. XXXI. LXXVIII sq. LXXXVII. Tetrametri catal. sunt Fr. XXIV, et, nisi egregie fallimur, XXI. XL. CXXIV. *Servius* l. c. falso tetrametrum brachycat. vocat. Notat praeterea Alcmanium anap. trim. catal. et dimetr. hypercat. (cf. *Victorin.* p. 2522.) *Victorinus* ibid. „*Cujus mensurae est hoc quoque metrum, quod Messeniacum appellatur, et est ut supra trim. catal. in syll. verum eo distat, quod anapaestis praecedentibus et spondeis sequentibus habet factas conjugationes et postremam syllabam brevem. Idem et embaterium dicitur, quod est proprium carmen Lacedaemoniorum. Id in praeliis ad incentivum virium per tibias canunt, incedentes ad pedem ante ipsum pugnae initium:*

Superat montes pater Idaeos nemorumque."

Quod embaterii carminis inventionem Alcmani tribuit, eo de nominis Messeniaci ratione, quam supra attigi, ut dubitem, non adducor. Nam sunt haec somnia grammaticorum. Sic *Schol. ad Eurip. Hec.* 59 versus in genus anapaesticos Laconicos vocari ait, quia Alcman Laco primus eo metro usus sit. Alii, teste *Hephaestione* p. 25, versum Messeniacum appellabant Laconicum. Possit tamen et a bello Messeniaco nomen illud ortum traxisse. Anapaesticum dimetrum claudente bacchio ab Alcmane usurpatum fuisse, inque eo ceteros quidem tribus post primam sedibus non nisi anapaestis, Alcmanem vero et spondeo usum esse, docet *Hephaestio* p. 28.

3) Troch. tetram. catal. Fr. XIX. XXXIII. XLVIII. Septenarius oc-

currit Fr. XXIX, octonarius LII. *Servius* p. 1819 memorat Alcmanicum dimetr. acatal.

4) Iambici trim. acat. Fr. LXVI. catal. I. II. VI. XVII. XXVI. XXVII, 1. XXVIII. Hunc versum nec grammatici veteres, (praeter *Priscianum* ad Fr. I laudatum) nec nostri temporis metrici in censum retulerunt. *Servius* l. c. p. 1819 affert tanquam Alcmanicum, trimetrum brachycat. qualis est Fr. XX. Dim. acat. sunt Fr. XXIV. LXXV. LXXVII.

5) Cretici Fr. XXXIV. 6) Jon. a min. Fr. VII. XXXV. 7) Versus diversorum ordinum Fr. XIV, cujus similem habet asynartetum Archilochus, una syllaba breviorem, *Herm. Metrik* §. 380. Alius Fr. XLII ejusque similis XXVII, 2. Tum Fr. XXXI dipodia jambica cum ordine anapaestico. Denique huc refero Sapphicum hendecasyllabum, quem *Hephaestio* p. 45 etiam apud Alcmanem (mendum enim est παρ' Ἀλκμαίῳ, ut alibi Ἀκμαίων, Ἀλκμαῖος,) inveniri et, utrius inventum sit, incertum esse notat.

8) Strophicam formam etiamnum agnoscimus Fr. I. IV. X. XI. XXIV. LIII. Memoratu dignum est, quod *Hephaestio* p. 76 refert, Alcmanem quatuordecim stropharum carmina composuisse, quorum septem priora diverso a sequentibus metro scripta, ideoque signo τῆς διπλῆς, raro eo in lyricorum codicibus, discreta fuerint, idque dicit μεταβολικῶς γεγράφθαι. Chororum inventorem Alcmanem praedicat *Clem. Alex. Strom.* I p. 308 C; *Heraclides* apud *Plutarch. De Mus.* Cap. 3 Terpandrum, *Suidas* Stesichorum. Choricae poeseos vestigia sunt Fr. IV. LXVII sq. cf. XII. *Sosibius*, Nostri commentator, in libris De sacrificiis solennibus, teste *Athenaeo* p. 678 E, narrabat, in eo festo, quod in victoriae ad Thyream reportatae memoriam celebraretur, choros, hinc fortissimorum virorum, illinc formosorum puerorum, nudos saltasse et carmina cecinisse Thaletae et Alcmanis, et Dionysidoti Lacedaemonii paeanas. *Plutarchus De Mus.* Cap. 12, de rhythmopoeia agens, Ἔστι δέ τις, inquit, Ἀλκμανικὴ καινοτομία καὶ Στησιχόρειος, καὶ αὗται οὐκ ἀφεστῶσαι τοῦ καλοῦ.

10) Ἀπολέγεται τὰ Ἀλκαίου ποιήματα, ἐκλέγεται τὰ Ἀλκμᾶνος, *Apollon. Dysc. De synt.* L. III p. 277 Wechel. „*Differt autem Cretensium dia-*

lectus, qua usus est Cypselas, et Laconum, qua usus est Alcman, Sophron: (excidisse videtur καὶ ἡ τῶν Σικελῶν ἥτις κέχρηται Σώφρων, quia Sophronis dialectus a vetere Laconica haud parum habebat diversitatis, v. *Koen.* ad *Gregor.* p. 359) *Pindari tamen et Ibyci, Simonidae et Bacchylidae omnino laudatur, quod non sint poetae natura Dores, sed tantum idiomate Dorico."* *Joann. Grammat.* ad calcem *Thes. Gr. Stephaniani* p. 13, exque eo *Gregor. Cor.* p. 371. *Pausan.* III, 15 observat, ὅτι τῷ Ἀλκμᾶνι ποιήσαντι ᾄσματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. Praeter Alcmanem nullius scriptoris Laconica usi dialecto supersunt fragmenta. Aeolicae dialecti, ut quae antiquissima esset et ceterarum mater, si fides sit *Dawesio Misc.* p. 406, aliquot formae, pauculae tamen, in Nostri fragmentis reperiuntur, Fr. XIX. IC. CIII. Quod vero digammate constanter usus est, teste *Apollonio* (Fr. LXXVI) id ad metricam magis quam ad dialecti rationem pertinere videtur; digamma enim omnibus dialectis commune fuisse constat. Vid. *Erfurdt.* in fasc. II libri menstrui *Königsberg. Archiv.* Laconismum ubique restitui vetat variatio et licentia quaedam in dialectorum formis eligendis et aliquatenus miscendis, plerisque poetarum usitata. Sic semel Alcmanem dixisse ὄρνις pro Dorico ὄρνιξ, annotat *Photius* Fr. XII; sic ἰκῆνος usurpasse videtur pro τῆνος, Fr LXVI. Dorum est κέχλαδα, ille vero adhibuit κεκλήγοι Fr. VI. Sed de his quoque alio loco explicatius, si potero, et exploratius dicam.

De morte Alcmanis, de qua Suidas in vetere eoque perquam gravi auctore, quem excerpsit, nihil memoriae proditum invenisse videtur, singularis percrebuit fama. *Aristot. Hist. Anim.* V, 31 (25 Ed. Schneid.) de phtiriasi tractans: Ἐνίοις δὲ, inquit, συμβαίνει τῶν ἀνθρώπων νοσήμα, ὅταν ὑγρασία πολλὴ ἐν τῷ σώματι ᾖ. καὶ διεφθάρησάν τινες ἤδη τοῦτον τὸν τρόπον, ὥσπερ Ἀλκμᾶνά τέ φασι, τὸν ποιητὴν καὶ Φερεκύδην τὸν Σύριον. Pro Alcmane poeta *Antig. Carist. Hist. mir.* cap. 95, memoria lapsus, Alcmaeonem physicum memorat, nisi ex insolentiore scriptura Ἀλκμαίωνι pro Ἀλκμᾶνι subnatum sit mendum, librario substituente vocem φυσικῷ. *Plin. H. N.* XI, 39: — *qua foeditate et Sulla dictator et Alcman ex clarissimis Grae-*

ciae poetis obiere. Alios, eodem morbo (de quo disserentem v. *Sturz. Fragm. Pherecyd.* p. 16 sqq.) laborantes, una cum Alcmane exhibet *Plutarch. Sull.* p. 474 F. cap. 36. Fuerunt, qui immoderatae vitae ob hunc morbum Alcmanem arguerent, quibus equidem suam divinandi artem haud invideo. Ex nostri scilicet temporis mollitie et luxuria robustorum Spartanorum mores et valetudinem metiendam esse putaverunt. Monumentum Alcmanis ad vici Sebrii dexteram in Laconica vidit *Pausanias* III, 15; statuam Constantinopoli, in gymnasio publico, *Christodorus;* (vid. Not. 1.) epitaphium a *Leonida Tarentino* scriptum attulimus Not. 4. Aliud superest auctore *Antipatro Thessalonico,* qui Augusti temporibus vixit. *Anal.* T. II p. 123 ep. 56:

Ἀνέρα μὴ πέτρῃ τεκμαίρεο. λιτὸς ὁ τύμβος
  ὀφθῆναι. μεγάλου δ' ὀστέα φωτὸς ἔχει.
εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
  ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει.
κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις ἔρις, εἴθ' ὅ γε Λυδὸς
  εἴτε Λάκων. πολλαὶ μητέρες ὑμνοπόλων.

Monumentum marmoreum cum inscriptione e Graecia allatum et Venetiis asservatum ad Alcmanem rětulit Italus quidam, qui et nostratium nonnullos in errorem suum induxit, ut *Oberlinum Orb. ant.* p. 191; diu tamen explosus a *Winckelm. Hist. Art.* Lib. IX, 1, 12 aliisque.

De Alcmane ejusque carminibus inter veteres scripserunt: 1) *Sosibius,* ὁ Λυτικός cognominatus, (*Suid.* Σωσίβιος Λάκων, γραμματικὸς τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων.) Ptolemaei Philadelphi aetate, a quo annuum accepit stipendium, *Athen.* XI p. 493 F. Ejus librum tertium Περὶ Ἀλκμᾶνος citat *Athen.* III p. 115 A et XIV p. 646 A cf. 648 B. — 2) *Philochorus,* Περὶ Ἀλκμᾶνος, v. *Suid.* h. v. sub Philadelphi successoribus floruit. — 3) *Chamaeleo,* incertae aetatis. De pluribus lyricis singulos libros scripserat, cumque scholia quaedam ejus in Alcmanem citentur, v. Not. 7 et Fr. XXII, cum *Schweighaeusero* (in indice auctorum) suspicari possumus, eum in hunc etiam edidisse commentarios. — 4) *Alexander Cornelius,* vulgo *Polyhistor,* sub Ptolemaeo XI clarus, cujus librum Περὶ

τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων, i. e. de regionibus et urbibus ab eo memoratis, citat *Steph. Byz.* V. Ἄραξα et Ἄσσος, et saepius tacite in usum vocavit. — His non annumeramus *Dicaearchi* librum Περὶ Ἀλκμᾶνος, *Athen.* XV p. 668 E, quia mutandum esse in Π. Ἀλκαίου qui liber saepe citatur, non conjecit tantum Casaubonus, sed probavit quodammodo Codex Schweigh. A.

Alcmanis Fragmenta.

I. II.

Oda prima.

Schol. ad Hermogen. Rhet. Aldi Tom. II. p. 400.

Μῶσ' ἄγε Μῶσα λιγαῖα
πολυμελὲς ἄειδε μέλος νεοχμὸν
ἄρχε παρθένοις ἀείδεν.

Miror, Ursinum haec ne verbo quidem tetigisse, cum Fragm. IV. ex eadem Scholiastae pagina descriptum dederit. Pro λίγεια Dorice scripsi λιγαῖα, quod est in hexametro et ipso forsan Alcmanico apud *Priscian.* p. 546 Putsch. cf. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 251 Schaef. Odae initium citat *Etymol.* V. Μοῦσα. Ἐτυμώτερον δὲ, inquit, οἱ Δωριεῖς (pro μοῦσα) λέγουσι· Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια. Sic emendaverat jam *Sylburgius*, male tamen interpretatus scripturam corruptam: Μῶσα γε μοῦσα λίγεια. Nihili est conjectura *Koenii* l. c. p. 247: Ἐτυμώτερον δὲ οἱ Δ. λέγουσι Μῶσα, ὡς· ἄγε Μῶσα λίγεια, et pejor etiam *Dawesii Misc. crit.* p. 529. *Eustath.* ad *Od.* VIII. p. 1586, 14 προπαροξυτόνως scribi jubet λίγεια. At discernendum est inter λίγεια a λίγειος et λιγεῖα a λιγύς; nam inepta est *Barnesii* opinio (ad *Il.* I,

1.) nomen proprium esse Λίγεια, appellativum vero λιγεῖα scribendum. — In V. 2. Ald. πολυμελής. — V. 3. *Erotian. Lex. in Hippocr.* V. Νεοχμόν· Νεώτατον. ὡς καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά μελῶν. Valet potius νέον. *Aesch. Prom.* 150. — Praeterea legebatur: ἄρχαι παρθένοις καὶ ἄειδε, nullo sensu. Mihi, quod conjectura praeceperam, comparans *Il.* XVI, 65:

Ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι φιλοπτολέμοισι μάχεσθαι,

certissime corrigere licuit ex *Prisciano* p. 1328: „*Alcmaeon autem in prima catalecticum trimetrum fecit, habentem in quarto loco modo iambum modo spondeum, sic:*

Νεομένάρχι παρθένοις ἀείδεν.

Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω Θεραπναίνας.

(Error solennis. Lege:

Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω Θεράπνας.

Aut si mavis, formam genitivi Aeolicam, ἁγναῖς Θεράπναις, cf. Fr. XIX *Harpocrat.* V. Θεράπναι· — Τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι Θεράπναι, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀλκμὰν ἐν πρώτῃ.) *In quarto loco spondeum habet. Similiter:*

Χέρσονδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ.

Quarto loco spondeum posuit; nam φυ producitur teste Heliodoro, qui ait Simonidem hoc frequenter facere. (cf. *Il.* IX, 7. XXIII, 693 *Theocr.* XI, 14) Ultimus versus ex alio carmine depromtus videtur. Fragm. I quomodo accipiendum sit, disceptari potest. Si νεοχμόν adverbialiter cum ἄρχε conjungatur, ne ultima langueant, admodum nude et jejune dictum foret μέλος ἄειδε. Nam πολυμελής Musae epitheton est. Omnino vero suspicionem movent repetita ista deinceps ἄειδε et ἄρχε, πολυμελής ac μέλος, ἄειδε atque ἀείδεν; quare alterutrum delendum et dactylum tetrametrum, producta antepenultima in πολυμελής, quo in vetusto poeta haud offendor, (cf. *Hermann.* ad *Eurip. Suppl.* 912; sic ἀνάριθμος *Theocr.* XV, 45 et sexcenta alia) ponendum censeo:

Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λιγαῖα, πολυμελές,

νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδεν.

Iam, postquam diu haec scripta erant, video, quomodo hunc locum

tractavit *A. Meineckius* in *Curis crit. in comicorum fragm.* p. 29 sq. Vocem ἄειδε pariter ac ego delet; μέλος non item; πολυμελὲς cum μέλος νεοχμὸν jungere videtur. Praeterea versus minutuli, dactylus trim. catal. et dimetri troch. duo, etiamsi Prisciani rationem non haberem, non placerent. Nunc aperte lapsus est vir doctus, dum dirimit trimetrum iamb. catal. De caeteris non est, quod disputem. Νέους κελαδήσομεν ὕμνους. *Terpand.* apud *Strabon.* XIII p. 618.

Primus Alcman, quantum novimus, Musam dixit λίγειαν, qua voce Homerus utitur de cithara; Hesiodus Hesperides vocat λιγυφώνους. Ex eo tamen concludere nolim cum *Heerenio* ad *Menandr. rhet.* p. 34, *Platonem* in *Phaedr.* p. 237 A ad illum versum respexisse, uti nec Stesichorus, quamvis eandem vocem bis usurpavit in similibus carminum initiis, ob mentem ei versatus esse putandus est, id quod volebat *Heindorf.* in *Plat. dial. sel.* Tom. I p. 219; sed is potius poeta, cujus verba paululo mutata suis intexit: ΦΑΙΔΡ. Λέγε μόνον, τὰ δ' ἄλλα ὅπως βούλει ποίει. ΣΩΚΡ. Ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν, ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου (in carmine fuerit ὕμνου.) De quo l. cf. *Schaefer. Meletem. crit.* Spec. I p. 68. Προοίμιον carminum videtur fuisse admodum frequens ἡ Μοῦσα λίγεια.

III.

Oda secunda.

Pausanias I, 41, 5, ubi contra Megarenses disputat, a quibus acceperat, majorem natu ex Megarei regis filiis Timalcum Aphidnam oppugnatum venisse cum Castore et Polluce, atque a Theseo fuisse occisum: Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοσκούρων ἔγραψε; πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως; ὅπου καὶ Ἀλκμὰν ποιήσας ᾆσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, ὅμως Θησέα φησὶν αὐτὸν ἀπεῖναι. Πίνδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταὐτὰ ἐποίησε καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοσκούροις Θησέα εἶναι βουλόμενον,

ἐς ὃ ἀπελθὼν αὐτὸν Πειρίθῳ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα. (falso legitur συμπράξαντα in novissima editione.)

Ἀθήνας minime mutandum, quod visum est viris doctis, in Ἀφίδνας, quamquam a plurimis hanc fabulam celebrantibus vicus ille Atticae memoratur. Sunt tamen et, qui antiquiorem Alcmanis rationem sequantur, ut Athenae ipsae occupatae sint. V. *Heyn. ad Apollod.* III, 10, 7. Theseus tunc cum Pirithoo ad inferos descenderat, secundum Pindarum, ut fortissimo facinore Dioscurorum iram placaret dignumque se praeberet eorum affinitate. *Apollodorus* l. l. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ ἐπὶ Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν Ἅδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν cet. *Schol. br.* ad *Il.* III, 242: Διὰ γὰρ τὴν τότε γενομένην ἁρπαγὴν Ἄφυδνα, πόλις Ἀττικῆς, πορθεῖται, καὶ τιτρώσκεται Κάστωρ ὑπ' Ἀφύδνου, τοῦ τότε βασιλέως, κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν. οἱ δὲ Διόσκουροι, Θησέως μὴ τυχόντες, λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀφύδνας. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἤτοι (leg. παρὰ Πολέμωνι, καὶ τοῖς *Villois. Proleg.* p. XXXIII. In *Schol. Ven.* A p. 98, ubi totus hic locus repetitur, scriptum est ἢ τοῖς pro ἤτοι) Κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ.

Idem ἐς τοὺς Διοσκούρους ᾆσμα respicere videtur *Pausan.* III, 26, 2. Θαλαμῶν δὲ ἀπέχει σταδίους εἴκοσιν ὀνομαζομένη Πίφνος ἐπὶ θαλάσσῃ. πρόκειται δὲ νησὶς πέτρας τῶν μεγάλων οὐ μείζων, Πίφνος καὶ ταύτῃ τὸ ὄνομα. τεχθῆναι δὲ ἐνταῦθα τοὺς Διοσκούρους φασὶν οἱ Θαλαμᾶται. τοῦτο μὲν δὴ καὶ Ἀλκμᾶνα ἐν ᾄσματι οἶδα εἰπόντα· τραφῆναι δὲ οὐκέτι ἐν τῇ Πίφνῳ φασὶν αὐτούς, ἀλλὰ Ἑρμῆν τὸν ἐς Πελλάνας κομίσαντα εἶναι.

Schol. ad *Pind. Pyth.* IV, 318 ad Pindari verba: Τὸν μὲν Ἐχίονα κεχλάδοντας ἥβᾳ τὸν δ' Ἔρυτον, annotat scholiastes: Τῷ δὲ σχήματι τῆς ἑρμηνείας Ἀλκμὰν κέχρηται. ὅταν γὰρ περὶ δυοῖν ποιῆται τὸν λόγον, τὸ ἕτερον ὄνομα προθεὶς περὶ ἀμφοῖν ποιεῖται τὸν λόγον, εἶτα οὕτω τὸ ἕτερον προσαποδίδωσιν, οἷον· Κάστωρ τε πώλων ταχέων δμητῆρες, ἱππόται σόφοι, καὶ Πολυδεύκης κυδρός. (Ursin. κυδνός) καὶ Ὅμηρος (*Il.* V, 774.)

Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.

Ad quem versum *Eustathius* p. 606, 38: Ἀλκμανικὸν σχῆμα λέγεται, οὐχ ὅτι Ἀλκμὰν εὗρε τοῦτο, ἀλλὰ διότι ἐκεῖνος αὐτῷ ἔχαιρε μάλιστα, μέσον δύο ὀνομάτων

τιθεὶς ῥῆμα τὸ μετ' αὐτὰ κεῖσθαι ὀφεῖλον. καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο καὶ προσεπίζευξις. τοιοῦτον καὶ τό, (*Od.* X, 513)

> Ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι
> Κώκυτός τε.

Ad haec *Eustath.* p. 1767, 34: ἰστέον δὲ ὅτι τό, Εἰς Ἀχέροντα κ. τ. λ. περιεζευγμένον σχῆμα καλεῖται. (*Schol. br.* ad *Od.* X, 513 προδιεζευγμένον καὶ καθ' ὑπερβατὸν vocat.) ὅπερ ἐν ἄλλοις ἐῤῥέθη καὶ Ἀλκμανικὸν λέγεσθαι διὰ τὸ τὸν Ἀλκμᾶνα κατακόρως αὐτῷ χρῆσθαι· οἷον· Κάστωρ ὠκέων πώλων ἐλατῆρε καὶ Πωλυδεύκεις (Dor. pro Πολυδεύκης) Voces ἱππόται σοφοί, quibus haec auctiora proferuntur a Schol. Pindari, sine causa idonea exturbari jusssit *Valcken. ad Lesbonact.* p. 180. *Pindarus*, in prosodio, inter fragmenta ed. Heyn. p. 47, Dioscuros dicit θεῶν ἵππων ἐλατῆρας. Schematis Alcmanici meminit *Eustathius* etiam p. 1160, 1 et p. 1200, 53. (*Il.* XX, 139) *Suidas*, V. Ἀλκμανικὸν εἶδος, *Lesbonax* Περὶ σχημάτ. ad calcem Ammonii p. 179 Valck. *Porphyrius Quaest. Hom.* Nr. 7 et *Herodianus* Περὶ σχημάτ. in *Villoisoni Anecd. Gr.* T. II p. 96 cujus haec sunt verba: Ἀλκμανικὸν δὲ (σχῆμα) τὸ μεσάζον τὴν ἐπ' ἀλλήλων ὀνομάτων ἢ ῥημάτων θέσιν πληθυντικοῖς ἢ δυϊκοῖς ὀνόμασιν ἢ ῥήμασι. τέσσαρα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστὶ ταῦτα. (*Il.* V, 774. XX, 138 ubi Aristarchum, Zenodoto scribente ἄρχησι, secundum schema Alcmanicum, ἄρχωσι praetulisse testatur *Schol. Ven.* A p. 454. *Od.* X, 513. XIV, 216) πλεονάζει δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ. ὅθεν καὶ Ἀλκμανικὸν ὀνόμασται. εὐθὺ γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ ᾠδῇ παρείληπται· Κάστωρ τε πώλων δαμαντῆρες ἱππόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κῦδρος. Forma δαμαντής nusquam alibi occurrit. Δαμάτειρα est in epigr. In *Brunckii Anal.* T. 2. p. 313 N. XXVII. Ejusdem schematis exempla e poetis Latinis Graecissantibus affert *Valcken.* in *Callim. Elegiar. fragm.* p. 149 sq. Contraria est ratio, ubi verbum numeri singularis aut post plura substantiva, etiam pluralis numeri, subiungitur, aut iisdem praemittitur. Vid. *D'Orvill. ad Charit.* p. 364. 497 Ed. Lips. Praeter Dioscurorum templum et sepulcrum, Leucippidum sacellum erat Lacedaemone, (*Pausan.* III, 16) quarum sacerdotes virgines et ipsae Leucippides appellatae sunt. Cf. ad Fr. XXXI.

IV.

Hephaest. De metris p. 22. Ἀλκμὰν δὲ καὶ ὅλας στροφὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ (tetrametris acatal.) καταμέτρησε·

Μῶσ' ἄγε, Καλλιόπα, θύγατερ Διός,
ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων· ἐπὶ δ' ἵμερον
ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.

Hi versus leguntur etiam apud *Schol.* ad *Hermogen. Rhet. Ald.* Tom. II p. 400, ubi impressum est ἐπὶ ἱερόν. Illud retinuit Ursinus et ἐπὶ δ' ἱμερον accepit pro ἐφίμερον, quae tmesis adjectivi Hellenismo repugnat; ὕμνον haud dubie ex conjectura dedit. Ceteri habent ὕμνῳ. H. Steph. vertit: *Et amorem hymno venustumque inde chorum.* Construxit igitur: ἵμερον ἐπιτίθει ὕμνῳ, (sic *Hom. Il.* I, 509: ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος) καὶ χαρίεντα τίθει (*redde*) χορόν. De qua zeugmatis forma, quamvis insolenti et duriuscula, ne dubites, vide, quam misere sese torserit in his verbis enodandis *Pauwius* in Hephaest. p. 115. Similis est *Stesichori* Calliopes invocatio: Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια. Strophas quasdam ex dactylicis tetrametris cum versu breviore, qualis nostram quoque sine dubio olim clausit, affert *Boekh. de metris Pind.* p. 70 sq.

V.

Tertium a Musae invocatione ordiens carmen attigit *Schol. Ven.* A. ad *Il.* XIII, 588 p. 324 Τῇ φι παραγωγῇ ὁ Ποιητὴς κατὰ τριῶν κέχρηται πτώσεων, ἐπὶ γενικῆς, δοτικῆς, αἰτιατικῆς. ἡ ἐπιδεξιόφιν· ἔστι γὰρ ἡ ἐπὶ τὰ δέξια, ἢ ἐπ' εὐθείας. Ἡσίοδος· Ὀδὸς δ' ἐτέρηφι παρέλθειν. ἔστι γὰρ ἔτερα (leg. ἑτέρα) ἐπὶ δὲ κλητικῆς Ἀλκμὰν ὁ μελοποιὸς οὕτως· Μῶσα, Διὸς θύγατερ ὠρανίαφι, λίγ' ἀείσομαι. ἐστὶ γὰρ (ὠρανίαφι pro) οὐρανία. Villois. ed. θυγάτηρ. *Bast.* in cod. vidit θύγατερ. Idem ad *Gregor. Cor.* p. 659 ex nostro loco emendat *Apollonium Dysc.* qui p. 434 B Reitz. ait: Οὐρανία, οὐρανιόφιν (leg. ὠρανίαφι) παρὰ Ἀλκμᾶνι, δεξιὸν, δεξιόφιν, ἀριστερὸν, ἀριστερόφιν (*Il.* XI, 308. 9.) Quae ad *Il.*

II p. 59 *Schol. Villois.* citat: Οὐρανίαφι φίλη γ' ἀείσομαι, corrupta sunt ex λίγ' ἀείσομαι. Metri rationem non habuisse videtur Grammaticus. Certe non sine offensione, quae nunc leguntur, redigentur in tetrametrum dactylicum, sequente anapaesto:

Μῶσα, Διὸς θύγατερ ὠρανίαφι,
λίγ' ἀείσομαι.

Synizesis in ὠρανίαφι est ut in πόλιος, *Jacobs. Anthol.* T. XIII p. 66; cf. T. X. p. 135. ἐνρυάγυιος etc. Fr. XXVIII πύανον. *Abiete. Virg. Aen.* II, 16.

VI.

Aristides T. II p. 377 Jebb. (Περὶ παραφθέγματος.) Ἀκούεις δὲ καὶ τοῦ Λάκωνος λέγοντος εἰς αὐτόν τε καὶ τὸν χορόν·

Ἡ Μῶσα κεκλήγει, ἡ λιγαῖα Σειρήν.

Ex epitheto λίγεια natum est nomen unius Sirenum, quo usi sunt poetae posteriores, teste *Eustath.* ad *Od.* XII p. 1709, 46. — Si displicet vel in vetustissimo poeta synecphonesis κεκλήγει ἡ, legas perfectum κέκληγ' ἡ.

VII.

Rursus Musarum mentionem injicit in versu, quem affert *Hephaest.* p. 39: Καὶ ὅλα μὲν οὖν ᾄσματα γέγραπται ἰωνικά, ὥσπερ Ἀλκμᾶνι·

Ἕκατον μὲν Διὸς υἱόν, τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι —

Ἕκατον, *Apollinem*, cum Ursino scripsi pro ἑκατόν. v. *Jacobs. Anthol.* T. XII p. 140. Sententia pendet. Duo versiculos in unum conjunxi. *Servius* in *Centimetro* p. 1823 Putsch. Alcmanium metrum Jonicum constare ait tetrametro acatalectico.

VIII.

Denique Musas alloqui alicui videri possit in versiculo ab *Aristide* T. II p. 378 Jebb. servato:

Ἔιπατέ μοι τάδε φῦλα βροτήσια.

Equidem malim distinctionem minorem ponere post τάδε. Βροτήσιος ἀνήρ, *Pind. Pyth.* V, 4.

IX.

Diodorus Siculus IV, 7 p. 412 Wessel. Περὶ δὲ τῶν Μουσῶν, ἐπειδήπερ ἐμνήσθημεν ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου πράξεσιν, οἰκεῖον ἂν εἴη διελθεῖν ἐν κεφαλαίοις. ταύτας γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν μυθογράφων καὶ μάλιστα οἱ δεδοκιμασμένοι φασὶ θυγατέρας εἶναι Διὸς καὶ Μνημοσύνης· ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ Ἀλκμάν, θυγατέρας ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς.

Est inter eos etiam *Pindarus Nem.* III, 16, modo sequaris Scholiastae interpretationem, ut οὐρανῷ, aut, secundum Boeckhium, οὐρανοῦ, simul ad κρέοντι et ad θύγατερ referatur, quae quidem explicatio mihi magis, quam altera, arridet. Scholiastae verba haec sunt: Καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Οὐρανοῦ θυγατέρα τὴν Μοῦσαν δέδεκται, καθάπερ Μίμνερμος καὶ Ἀλκμὰν ἱστοροῦσιν.

X.

Apollonii Lexic. Hom. p. 407. Toll. Κνώδαλον· Ὁ Ἀπίων, θηρίον θαλάσσιον, ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κινεῖσθαι. καταχρηστικῶς δὲ λέγουσι καὶ τὰ ἄλλα θηρία κνώδαλα. ὁ μὲν Ὅμηρος ἃ μὲν νοεῖ θαλάσσια θηρία, οἱ Αἰολεῖς λέγουσι κνώδαλα· Ὅμηρος δὲ ἅπαξ (*Od.* XVII, 317) πᾶν θηρίον. ἔνιοι δὲ, θῆρας μὲν καὶ θηρία λέγοντες (leg. λέγουσι) λέοντας καὶ παρδάλεις καὶ λύκους, καὶ πάντα τὰ παραπλήσια τούτοις· ἑρπετὰ δὲ πάλιν κοινῶν (leg. κοινῶς) τὰ γένη τῶν ὄφεων· κνώδαλα δὲ τὰ θαλάσσια κήτη φαλλαίας (φάλαινας Villois.) καὶ ὅσα τοιαῦτα. (De voc. κνώδαλον adeas *Kusterum* ad Suidam et Hesychii interpretes.) καθάπερ καὶ Ἀλκμὰν διαστέλλει λέγων οὕτως· Εὕδουσι δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάλαγγες (φάραγγες Vill.) πρώτονὲ ἐστὲ (πρώονές τε Vill.) καὶ χαράδραι· φῦλά τε ἑρπετά θ' (pro φῦλά τε ἑρπετῶν) ὅσα τρέφει μέλαινα γαῖα. Θῆρές τ' ὀρεσκῷοι καὶ γένος με-

λισσῶν καὶ κνώδαλα ἐν βένθεσι πορφυρῆς ἁλός· εὕδουσιν δ' οἰωνῶν φῦλα τανυπτερύγων.

Tentavit haec *Heynius* ad *Virg. Aen.* VIII, 26, et in versus bene dispescuit excepto versu secundo, quem ita constituit: Πρώνες (forma inusitata) τε ἠδὲ καὶ χαράδραι, et quinto, quem disjunctione vocis πορφυρᾶς deturpavit. Quibus mutatis ita cum Heynio scribemus:

Εὕδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες,
πρώνές τε καὶ χαράδραι·
φῦλά τε ἑρπετά θ' ὅσσα τρέφει μέλαινα γαῖα
θῆρες ὀρεσκῷοί τε καὶ γένος μελισσῶν·
καὶ κνώδαλ' ἐν βένθεσσι
πορφυρᾶς ἁλός· εὕδουσιν δ' οἰωνῶν
φῦλα τανυπτερύγων.

In 1. V. erit qui malit retinere εὕδουσι, ut ex simplici caesurae vi ultima producatur. Certe in Archilochi minimum sex locis codices et editiones veteres omittunt fulcrum. Cf. *Bentlej. Opusc.* p. 226. *Porson.* in *Add.* ad *Hecub.* 1169 et ad *Med.* 76. *F. Jacobs.* in praef. ad *Anthol. Gr. ad fidem cod. Vat. ed.* p. XXIX sq. *Buttmann Griech. Gramm.* p. 58 Ed. 5. V. 3. Heyn. φῦλα δὲ θ' ἑρπετά θ'. Pronuntiabatur, τε Fερπετά. Audacia, qua *R. Fiorillo* in *Observ. crit. in Athen.* p. 26, ut versus sibi magis respondentes effingeret, quatuor posteriorum verba transposuit, interpolavit, hiatibus maculavit, nemini cuiquam probabitur. Villoisonus pretiosissimum praedicat Apollonium vel eo solo nomine, quod e fuga quasi retraxerit hunc Alcmanis locum, quem plures deinceps poetae expressisse videntur, ut *Orph. Argon.* 1007:

Κοιμίσσας δ' ἄγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων,
Καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιὰς καὶ κύματα πόντου,
πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων ποταμῶν τε ῥέεθρα,
θῆρας τ' οἰωνούς τε, τά τε ζώει τε καὶ ἕρπει,
ἐνιάζων ἤμυσεν ὑπὸ χρυσέαις πτερύγεσσιν.

Quem locum prorsus non intellectum a novissimo editore, omnium in isto carmine splendidissimum esse et incorruptam antiquitatem spirare, monuit *Huschk. Commentat. de Orphei Argonaut.* p. 44. Notissimi sunt versus *Virgilii Aen.* IV, 521:

Nox erat; et placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, silvaeque et saeva quierant
Aequora: quum medio volvuntur sidera lapsu,
Quum tacet omnis ager: pecudes, pictaeque volucres,
Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis
Rura tenent, somno positae sub nocte silenti.

et *Aen.* VIII, 26:

Nox erat; et terras animalia fessa per omnes
Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

Eandem noctis imaginem leviter adumbraverat *Apollonius Rhod.* IV, 1058 sq. Non autem huc trahendus erat locus, III, 746, ad quem cf. *Ruhnk.* in *Ep. crit.* II p. 305. Ed. 2.

Ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης
ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο· καί τινα παίδων
μητέρα τεθνεώτων ἀδινὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυπτεν·
οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἦεν
ἠχήεις· σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

Versu 748 in hoc quidem carmine ego nullum novi nec melius inventum, nec maiore vi poetica instructum. Silentium noctis pinxit *Statius Silv.* V, 4, 3, non tamen sub somni imagine adornavit. E recentioribus poetis sola digna est, quae cum vividissima Alcmanis pictura somni comparetur, noctis descriptio apud *Tassonem* II, 96:

Era la notte, allor ch' alto riposo
Han l' onde, e i venti, e parea muto il mondo;
Gli animai lassi, e quei che 'l mar ondoso,
O de' liquidi laghi alberga il fondo;
E chi si giace in tana, o in mandra ascoso,
E i pinti augelli nell' obblio profondo

Sotto il silenzio de' secreti orrori
Sopian gli affanni, e raddolciano i cori.

XI.

Stephanus Byz. V. Ἐρυσίχη· Πόλις Ἀκαρνανίας, ἥ τις ὕστερον Οἰνιάδαι ὠνομάσθη. καί τινες δὲ τὴν χώραν τῶν Οἰνιαδῶν πᾶσαν Ἐρυσίχην ὠνόμασαν, ἀπὸ Ἐρυσίχης τῆς τοῦ Ἀχελώου θυγατρός. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυσιχαῖος, περὶ οὗ πολὺς λόγος τοῖς ἀρχαίοις. ὁ Τεχνικὸς (Apollonius Dyscolus) γὰρ καὶ Ἡρωδιανός φησιν, ὅτι σεσημείωται τὸ Ἐρυσιχαιος προπερισπώμενον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς (ut Ἀθηναῖος, Εὐρωπαῖος, Κρηταῖος, Ζαγκλαῖος) μήποτε οὖν τὸ χαῖον ἔγκειται, ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος (ap. *Apollon. Rh.* IV, 972 et *Callimachum* ibi a Schol. laudatum). καὶ τὸν ἐρύσω μέλλοντα. (l. cum Berkelio: καὶ τὸ ἐρύσω, μέλλων.) διχῶς οὖν ἔσται. ὡς ἔστι δῆλον παρὰ Ἀλκμᾶνι ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν Παρθενείων ᾀσμάτων. φησὶ γάρ·

> Ὀυκ εἶς ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιός,
> Ὀυδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
> Ὀυδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμήν,
> Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκραν.

εἰ γὰρ τῷ, Θεσσαλὸς γένος, συναπτέον (sc. vox Ἐρυσιχαιος) ἐθνικόν ἐστι καὶ προπερισπάσθω. Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς Καθόλου προσῳδίαις καὶ Πτολεμαῖος ἔφη. εἰ δὲ τὸ, οὐδὲ ποιμήν, συνάψει τις (sc. voci Ἐρυσιχαιος) λέγων, ἢ Ἐρυσιχαῖος· τὸ δὲ οὐδὲ ποιμήν, (leg. λέγων· οὐδὲ ἐρυσιχαιος οὐδὲ ποιμήν, vel: λέγων, οὐδὲ ποιμὴν ἢ ἐρυσιχαιος. Berkelius parum probabiliter haec tractavit.) πρόδηλον ὡς προπαροξυνθήσεται καὶ δηλοῖ τὸν βουκόλον ἢ τὸν αἰπόλον, πρὸς ὃ τὸ ποιμὴν ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται. (In medio igitur relinquit, num in Alcmanis loco legi debeat Ἐρυσιχαῖος, *Erysichaeus*, an ἐρυσίχαιος, *bubulcus.* Strabo prius merito praetulit; alterum autem *Schol. Apoll. Rhod.* l. l. qui voci χαῖον vetustam auctoritatem vindicaturus, Alcmanem, inquit σημαίνειν τῷ χαίῳ ἐρύοντας, ἤγουν ποιμαίνοντας; et Casaub. qui quidem accentus rationem haud perspexit.)

Strabo X p. 460 Erysichaeos distinguere videtur ab Oeniadis, quo-

rum ante mentionem fecerat. Verba ejus sunt: Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν Ἐρυσιχαίους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος (in libris Περὶ νεῶν) λέγεσθαι, ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται·

'Ουδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμήν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρων.

V. I. Ursin. Casaub. ad Strab. l. c. et Holsten. in Steph. p. 119 legunt ἦνθ' *venit;* Berkel. in Steph. p. 356 ἦς σ' *tu es.* Legendum vel ἦς, vel ἦς συ, ἦς τυ. V. 2. Berkel. vertit: *neque stolidus apud sapientes.* Holstenius σκαιὸς non jungit cum οὐδὲ παρὰ σ. et id quidem verius profecto. Sed perperam, si quid video, conjicit: οὐδὲ Παρασώπιος, tanquam rusticae gentis nomen, cujusmodi sequuntur tria alia. Regionis Παρασωπίας sub Cithaerone meminerunt Strabo et Stephanus. Equidem aliquid mendi his insidere video, quomodo sit tollendum, non item perspicio. Id liquido affirmare ausim, vocem σοφὸς non esse extrudendam. Etenim quum locus noster ductus sit ex parthenio quodam carmine, (cf. supra ad *Suid.* Not. 8.) in proclivi est conjectura, virgines in eo compellare Alcmanem ipsum, et blande eum vindicare a malevolorum injuria, qui, ut de ipso detraherent, eo uti poterant, quod Spartae natus non esset, vel patre barbaro. At certe, inquiunt illae, nec homo ferus es, rusticus et indoctus, quales barbari esse solent, nec patria ortus obscura aut ignobili conditioni natus, ut Aetoliae et Acarnaniae pastores, sed altis Sardibus oriundus. Σκαιὸς *ineptus, inscitus,* teste *Hesychio*, μωρός, ἀμαθής, ἀπαίδευτος cet. cf. *Aristoph. Nub.* 629 cum Schol. 655. 788 *Vesp.* 1008. 1478. 1258 aliisque locis. *Demosth. Pro coron.* ὄντα σκαιὸν δὲ καὶ ἀναίσθητον. *Soph. Aj.* 1225. *Fragm. inc.* VIII. Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς θέλλυται. Quod ad παρὰ σοφοῖσιν attinet, vel adjectivum, quod cum his vocibus concordaret, detrusum suspicer, vel ex totius loci tenore supplendum esse aliquid, quod, modo scribas παρ' ἀνθρώποισι, sensum commodum praebeat, ut e. g. *natus, nutritus.* — Ultima inde a Καλυδώνιος, quae in Mss. Stephani desiderantur, in Holstenii autem libris exstitisse videntur, ex Strabone addidit Berkelius. Καλυδώνιος ex emendatione Casauboni pro καλυδωνίου ap. Ursin. καλυδωναίου cet. Verba Σαρδίων ἀπ' ἄκρων

desunt apud Ursin. et in Ms. Vat. 173. Edd. habent ἄκρας. Plures codd. Siebenk. ἄκραν. In versuum modos inquirere, cum de verbis non satis constet, haud attinet. Paeones iis inesse videntur.

XII.

Antigon. Caryst. Hist. mirab. 27. Τῶν δὲ ἀλκυόνων οἱ ἄρσενες κηρύλοι καλοῦνται· ὅτ' ἂν οὖν ὑπὸ τοῦ γήρως ἀσθενήσωσι, καὶ μηκέτι δύνωνται πέτεσθαι, φέρουσιν αὐτοὺς αἱ θήλειαι, ἐπὶ τῶν πτερῶν λαβοῦσαι· καί ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀλκμᾶνος λεγόμενον τούτῳ συνῳκειωμένον· φησὶν γὰρ, ἀσθενὴς ὢν διὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπεριφέρεσθαι, οὐδὲ τῇ τῶν παρθένων ὀρχήσει·

Οὐ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱερόφωνοι,
γυῖα φέρειν δύναται. βάλε δὴ, βάλε, κηρύλος εἴην,
ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται,
ἀδεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

Cf. Niclasii notas, qui versu 2 scripserat βάλε δὲ βάλε δὴ (βάλε, ἄβαλε, *utinam* v. *Hesych.* interpretes V. Ἄβαλε) V. 3. ποτῆται et V. 4. νηλεὲς ἦτορ, quod Beckmannum quidem non offendit, sed minime sensum praebet idoneum. Ἀδεὲς sumsi ex *Photii Lexic.* V. Ὄρνις· Ἀττικοὶ, Ἴωνες δὲ ὄρνιξ. καὶ αἱ πλαγίαι ἀκολούθως. καὶ Δωριεῖς ὄρνιξ. (de Doriensibus annotat etiam *Eustath.*) παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ ἅπαξ ὄρνις. Ἀδεὲς ἦτορ cet. Ultima verba hujus versus eodem nexu citat etiam *Athen.* IX p. 374 D. *Hesychius* autem: Ἀλίβαπτον· Πορφυρῶν ὄρνιν. Ἀχαιὸς καὶ Ἀλκμάν. Legendum forte: Ἀλί-βαπτον, πόρφυρον (i. e. ἁλιπόρφυρον) ὄρνιν. Ἀχ. κ. Ἀ. sic ut illud ad Achaeum, hoc ad Alcmanem pertineat. Versum 3. imitatus est *Aristophanes Av.* 251:

Ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης
φῦλα μετ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται.

ubi Schol. illum affert. Denique *Zonaras* V. Ἀλκμάν· Ὄρνεον θερμαντικόν. De Alcyone intelligendum esse, monuerat editor. *J. G. Göttling. in Animadv. crit. in Callim. Epigr. et Ach. Tat.* 1811 ad nostrum l. respiciens, bene emendat: Ἀλκυών· Ὄρνεον θερμαντικόν. Ἀλκμάν. De alcyonibus v. Beck-

manni nota (add. *Aelian. Hist. An.* VII, 12) et *J. H. Vofsius* ad *Virg. Georg.* p. 174, ubi et Alcmanis locum vertit:

Nicht forthin, o melodisch, o feierlich singende Jungfraun,
Kann mich tragen der Fufs. Lafst, lafst mich zum Kerylos werden,
Der auf dem Saume der Flut mit den Halkyonen einherfliegt
Mit unweichlichem Muth, ein purpurner Vogel des Frühlings.

Ultimi versus scripturam ex conjectura emendasse nec tamen, ut ingenue fatear, verum assecutus esse videtur vir summus. Hoc enim vult Alcman, decrepitum cerylum, quem membra non amplius gestare valeant, alcyonum alis nixum *securum animi et placidum* aerium pervolare iter. Optat igitur, ut ipse, senectute confectus, virginum integris viribus fulciri et consuetis choreis adhuc sese admiscere queat. Ex hac ipsa de alcyonum erga cerylos fidelitate et amore post Alcmanis tempora ortum traxisse credo fabulam de Ceyce in cerylum et uxore ejus in alcyonem mutatis. *Ovid. Metam.* VI, 410. *Eudocia* p. 63. *Mosch.* II, 42 quem versum nequaquam ejiciendum censeo, *Sueton. Vespas.* Cap. 23.

XIII.

Aristid. T. II p. 32 Jebb. (T. III p. 25. P. Steph.) Οὐκοῦν ὁ μὲν (δεσπότης) οἶδεν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ χρὴ ποιεῖν· ὁ δὲ (δοῦλος) ἀκούσας μανθάνει. τί δὲ ὁ τῶν παρθένων ἐπαινέτης τε καὶ σύμβουλος λέγει, ὁ Λακεδαιμόνιος ποιητής; (*Schol.* ad h. l. ὁ Ἀλκμάν)

Πολλὰ λέγειν ὄνυμ' ἄνδρι, γυναικὶ δὲ πᾶσι χαρῆναι.

πολλά φησιν ὁ ἀνὴρ λεγέτω, γυνὴ δὲ οἷς ἂν ἀκούσῃ χαιρέτω.

Emendavi λέγων, et πᾶσιν χαρῆθαι, quae sunt in editis, illud etiam apud Ursinum, qui quidem pro altero habet πασιχάρηα. Ὄνυμα, ὄνομα hic valet *honor, gloria.* Hexametrum praeterea in duo versiculos dissecuerant editores.

XIV.

Plutarch. Lycurg. p. 53 C. (Cap. 21) Μουσικωτάτους γὰρ ἅμα καὶ πολεμικωτάτους ἀποφαίνουσιν αὐτούς. (Pindarus et Terpander versibus ab autore adductis.)

Ἕρπει γὰρ ἄντα τῶ σιδάρω τὸ καλῶς κιθαρίσδεν.

ὡς ὁ Λακωνικὸς ποιητὰς εἴρηκε. I. e. *Citharistae praecedunt proeliantes*, seu *praeludunt pugnae*, vel, ut Xylander vertit: *In ferrum enim serpit citharam pulsare perite, ferrum capessere instigat citharae melos.* Cf. *Leopold.* ad h. l. Dativum τῷ σιδάρῳ, qui cum ἕρπει foret jungendus, in genitivum mutavi, et Doricam infinitivi quoque formam assumsi. Versus est asynartetus, ab eo, quem *Hermannus* affert in *Metrica* vernacula §. 380, catalexi tantum diversus. Quae Plutarchus addit, ante pugnam regem Spartanorum Musis sacrificasse, admonentem suos τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ea non ad Alcmanis versum explicandum dicta sunt. Idem *De Alex. M. virtute* Or. II, 2 p. 335 A Alexandrum aliquando narrat, Antigenida modum, qui ἁρμάτειος dicitur, canente tibia, ita cantu illo fuisse concitatum atque inflammatum, ut dato impetu arma, quae prope jacerent, corriperet, testimoniumque ferret Spartanis cantantibus illud Ἕρπει γὰρ κ. τ. λ. Ibi etiam legitur τῷ σιδάρῳ et κιθαρίζειν. *Plutarch. De musica* p. 1146 B (Cap. 26) et *Athen.* XII p. 517 A. et XIV p. 627 D. ajunt, Lacedaemonios, quum composito agmine in hostem vaderent, tibiis usos esse, Castoreum carmen tibiis praecinentes; (cf. *Vit. Lycurg.* p. 53 E.) Cretenses vero lyra, quos tamen aliquando, ut Alcmanis versus docet, imitatos esse Spartanos oportet. *Lucian. De saltat.* Cap. 10. Λακεδαιμόνιοι μὲν ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες — ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦσιν, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδός· καὶ τὸ πρῶτον σύνθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι κ. τ. λ. De simili more populorum Germanicorum verbo monere liceat. In Historia Olafi S. Cap. 220 (*Heimskringl.* T. II p. 348) vetus carmen Scaldi cujusdam *cos* seu *aculeus militum* vocatur (*Huuskarlis Huesselse.*) Henricus Leo dicere solebat: *Kampf ohne Sang hat keinen Klang.* In carmine seculi

noni proelium inceptum dicitur post finitum cantum. *Sang was gesungen Uuig was bigunnen.* Tacitum non est quod in partes vocem, quum omnibus sit in ore manibusque.

XV.

Athen. Epit. I p. 31 C. Ἀλκμὰν δέ που ἄπυρον οἶνον καὶ ἄνθεος ὄσδοντα φησὶ τὸν ἐκ Πέντε λόφων, ὅς ἐστι τόπος Σπάρτης ἀπέχων σταδίους ἑπτά· καὶ τὸν ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος, καὶ τὸν ἐξ Οἰνοῦντος καὶ τὸν ἐξ Ὀνόγλων καὶ Σταθμῶν. (χωρία δὲ ταῦτα, τὰ καὶ πλησίον Πιτάνης. φησὶν οὖν· Οἶνον δ' Οἰνουντιάδην ἢ Δένθιν ἢ Καρύστιον ἢ Ὄνογλιν ἢ Σταθμίταν.) καὶ τὸν ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας. ἄπυρον δὲ εἶπε τὸν οὐχ ἑψημένον. ἐχρῶντο γὰρ ἑφθοῖς οἴνοις. Locus, quem ad verbum affert, in anapaesticum rhythmum in hunc fere modum digeri possit:

Οἶνον δ' Οἰνουντιάδην,
ἢ Δένθιν, ἠὲ Καρύστιον, ἢ Ὠνόγλιν, ἢ Σταθμίταν.

"Ἄνθεος ὄσδοντα. Sic Hermippus apud *Athen.* p. 23 E. de vino Sapria:

"Οὗ καὶ ἀπὸ στόματος, στάμνων ὑπανοιγομενάων,
ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου
ὀσμὴ θεσπεσία."

Eustathius in *Od.* II et IX p. 1449, 12. 1633, 52 non audiendus est, ubi dicit, Alcmanem his verbis vini quoddam genus, quod dicatur ἀνθοσμίας, (cf. locus Pherecratis apud *Polluc.* X, 75.) cujusque parationem doceat Athenaeus, (p. 32) notare voluisse, ejusque nomen Jonico more in duas voces dissolvisse. Ex eodem forte commentatore, unde haec observatio, sumta sit glossa mutila apud *Hesych.* V. Δένθις Οἶνος. Λάκωνες. Notabilis est forma Δένθις et Ὄνογλις pro ea, quae horum adjectivorum propria est, Δενθιαδίτης, Ὀνογλίτης. Vid. Fr. LXXXVIII. *Meursii* emendatio (*Lacon. Misc.* I, 14) Ὀλίγλων non opus est. Tetrametri anapaestici cum spondeo in sede septima, teste *Hephaestione*, (v. Fr. CXXVII.) a quibusdam Laconici dicti sunt. Parenthesin, cujus signum apposui, Casaub. et

Schweigh. non discreverunt a caeteris, quo factum est, ut verba quaedam textui obtrudenda opinarentur. Καρύστιον οἶνον ex Alcmane memorat *Strabo* X p. 446 D, ubi ab Euboica urbe Carysto aliam ejusdem nominis in Laconica versus Arcadiam sitam distinguit. Strabonem compilaverunt *Eustath.* in *Il.* II p. 281 et *Stephan. Byz.* V. Κάρυστος.

XVI.

Athen. II p. 39 A. Οἶδα δ' ὅτι Ἀναξανδρίδης τὸ νέκταρ οὐ ποτόν, ἀλλὰ τροφὴν εἶναι λέγει θεῶν — καὶ Ἀλκμὰν δέ φησι

Τὸ νέκταρ ἔδμεναι

αὐτούς. κ. τ. λ. Auctoris nomine suppresso, more suo, sublegit haec Athenaeo *Eustath.* ad *Od.* IX p. 1633, 1.

XVII. XVIII.

Athen. III p. 110 F. Μακωνίδων δ' ἄρτων μνημονεύει Ἀλκμὰν ἐν τῷ ἑ οὕτως·

Κλίναι μὲν ἑπτὰ καὶ τόσαι τράπεσδαι
μακωνίδων ἄρτων ἐπιστέφοισαι
λίνῳ τε σασάμῳ τε, κὴν πελίχναις
παίδεσσι χρυσοκόλλα.

(ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου.)

Editiones, Schweighaeuseriana non excepta, ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ. Sed *Animadv.* T. V. p. 325 Schweigh. correxit hanc lectionem e cod. suo vetere, in quo scribitur ἐν τῷ ει, quod valet ἐν τῷ ᾳ, quoniam jota, quod alias subscribi solet, in illo codice ad latus ponitur. V. 2. „Μακωνίδας panes papavere sparsos fuisse ipsum nomen arguit. Inter condimentarias herbas papaver et sesamum non postremum locum tenebant. Multa de vario esu papaveris *Galen. de facult. simpl. medic.* LVII. Ideo cum aliquid studiose politum significare vellent σησαμοειδὲς et *papavere et sesamo sparsum* dicebant. Petronius: *Audiunt mellitos verborum globulos et*

omnia dicta factaque papavere et sesamo sparsa. Maconidibus Alcmanis non erant dissimiles, quae alii Graeci ἐνθαλάμια vocabant. *Hesych.* Ἐνθαλάμια· Πλάσματα ἐκ μήκωνος καὶ σησάμης." CASAUB. — V. 3. Ed. Ven. 1 et Bas. et vetustae Schweigh. membranae A. tuentur scripturam ἐπιστίφω, λίνῳ τε et κἠν i. e. καὶ ἐν Dorice, non κἦν, καὶ ἐάν. Casaub. praeferebat ἐπιστιφεῖς σιλίνῳ τε ex MSS. et Epitoma cujus etiam in apographo Schweighaeuseriano ita legitur. Monuit tamen ipse Casaubonus, de vocis λίνον significatu et de usu *seminis lini* apud Graecos plane liquidoque constare ex ipsa glossa: Χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου, quam et *Hesychius* recepit, et *Artemidoro* I, 70 et *Galeno*, qui λῖνον de semine lini accipiunt, quando inter illa censetur, quibus vescimur. Addit *Schweigh.* „Turbare quidem poterat insolens usus verbi ἐπιστίφω notione passiva seu neutrali: sed ipsa illa insolentia et Epitomatorem et recentiores nonnullos librarios commovere potuerat ut illam tentarent correctionem, quam hodie libri illi, quos dixi praeferunt. Caeterum magnus est verborum numerus, quae cum proprie activum habeant significatum, passivum aut neutralem nonnunquam recipiunt: quod cur in hoc verbo contendamus locum non potuisse habere, nulla idonea caussa adesse videtur. Porro, si recte accepi notulam ex nostro MS. A excerptam, sine accentu ibi scribitur ἐπιστιφουσαι, ut nescias utrum ἐπιστίφουσαι an ἐπιστιφοῦσαι debuerit; quorum si posterius statuas, potuerat poeta ex Homerico nomine ἐπιστιφής verbum ἐπιστιφέω (idem sonans ac ἐπιστιφὴς εἶναι) formare." De verbo activo pro passivo cf. *Jacobs. Anthol.* T. XII p. 430. *Wunderlich. Obs. crit. in Aesh. trag.* p. 79. 88. *Matthiae Griech. Gramm.* p. 688. Sic *augere* pro *augeri Tac. ann.* IV, 41 cf. *Gell.* XVIII, 12. — V. 4 Κἠν πελίχναις πίθαισι omissa sunt in MS. Epit. Pro πελίχναις, in quo nil mutant libri, Dalecampius hariolatus πελιδναῖς, πελιτναῖς, (quo sensu Ursinus ipsam vocem πελίχναις acceperet sc. pro πέρναις) refutatur a Schweighaeusero, qui de eadem porro annotat: „Πελίχνη vel πελίχνα, aliis πελίκη et πελίκα itemque πέλλη et πελλίς, unde *pelvis*, non modo est *calyx ligneus*, sed et *catinus, patina, patella lignea;* quod ex ipso Nostro XI p. 495 B. C. collato cum *Hesych.* in Πελλαὶ et *Polluce* X, 67. 73. et 78

liquido apparet. Cf. *Schneid.* ad *Nicandri Alexiph.* p. 103. „In Edd. est, πίδεσι. Χερνοκόλλα ἐστι etc. MS. A et B dant πίδισσι, i. e. παίδισσι, *pro pueris.* Vocem χερνοκόλλα, ex Schweighaeuseri solerti conjectura, cum verbis Alcmanis in unum conjunxi, et sequentia in parenthesi apposui. Forsan et repetitum fuit in parenthesi χερνοκόλλα.

Nisi ex eodem carmine, ex alio certe *Epithalamio* esse videntur voces, quas citat *Athen.* III p. 114 F. Αἱ δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι θριδακίσκαι λεγόμεναι αἱ αὐταί εἰσι ταῖς Ἀττικαῖς θριδακίναις. λέγει δὲ οὕτως ὁ Ἀλκμάν·

Θριδακίσκας τε καὶ κριβανωτός.

Σωσίβιος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος κρίβανα (infra legitur κριβάνας) φησὶ λέγεσθαι πλακοῦντάς τινας τῷ σχήματι μαστοειδεῖς. Sosibii scholion repetitur Lib. XIV p. 646 A addita observatione, uti illis placentis Lacones in mulierum epulis et circumferre eas quando laudes virginis cantaturae sint amicae illius chorum formantes; et praemissis hisce verbis: Κριβάνας· Πλακοῦντάς τινας ὀνομαστικῶς Ἀπολλόδωρος, παρ' Ἀλκμᾶνι. *Heynius* haec inter *Apollodori* fragmenta ex libro secundo Ἐτυμολογιῶν retulit, p. 445 ed. novae. Ὀνομαστικῶς Schweigh. idem valere monet ac ὀνοματοκλήδην apud *Eustath.* p. 1351, 5, scil. *proprio quodam homine*, ut ὁ κριβάνας seu ἡ κριβάνη distinguatur ab ἄρτῳ κριβανίτῃ, cujus meminere Epicharmus et Sophron apud *Athen.* III p. 110 B. C. Schweigh. ex MS. A et Epit. dedit θριδακίσκα τε. Equidem illud retinui; κριβανωτός accus. pl. Dor.

XIX. XX.

Athen. IV p. 140 C. Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἄϊκλον προσαγορεύεσθαι παραπλησίως ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων. Ἀλκμὰν μὲν γὰρ οὕτω φησί·

Κἠπὶ τᾷ μύλᾳ δρυφῆται κἠπὶ ταῖς συναικλέιαις.

οὕτω τὰ συνδείπνια καλῶν. καὶ πάλιν·

Ἄϊκλον Ἀλκμάων ἁρμόξατο.

Quis sit prioris versus sensus, nemo adhuc pervidit. Primas ejus

voces optime restituit Schweigh. et a prava Casauboni crisi liberavit. In textu Cas. legitur κἤπειτα, μύλαι; in Ed. Ven. et Bas. κἤπειται, in MS. A. κηπιται, apud Ursin. κἤπι ταῖς μύλαις δρυφῆται. In δρυφῆται, vel ut ipse legit, δρυφέτᾳ, secundum MS. A. in quo αι pro ᾳ scriptum esse solet, Schweighaeusero latere videtur φοιτᾷ. Equidem conjecerim, formam esse non aliunde cognitam verbi θρύπτομαι (ϑ pro θ, v. *Maittair*. p. 141 C.) quod, sicut τρύφαω, significat, *molliter et delicate vivo*. Inde in specie in usu est perfectum pass. τεθρυμμένος, *luxu solutus*, *deliciis fractus* et τεθρυμμένως, delicate et molliter, ut apud Plutarchum: τοῖς ἀσελγῶς καὶ τεθρυμμένως ζῶσι. Quid vero et sic *mola* hic sibi velit, haud liquet. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 211 ταῖς συνικλείαις Aeolismum putat pro ταῖς συναικλίαις. Posse tamen et dativum locum habere animadvertit Schweigh. Immo ob praecedens ἐπὶ τᾷ μύλᾳ opus est dativo. Ceterum Casaubonus hoc etiam errat, quod Didymum allato isto Alcmanis testimonio contradicere ait Polemoni. Quum enim Polemo dixisset p. 139 B: Τὸ δὲ αἶκλον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον, Didymus id potius Alcmanis auctoritate confirmat. Ea tantum, quae Polemo subjunxerat, Lacedaemoniis apophoreta etiam, quae post coenam dabantur convivis phiditia agitantibus, vocari αἶκλον a Didymo notantur; quippe quum potius ἐπάικλα dicta sint. Forma ἁρμόξαι apud Pindarum frequens est. Cf. *Valcken. Epist. ad M. Roever.* p. LXVI.

XXI.

Athen. IX p. 373 E. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνις λέγουσιν, (veteres) πρόκειται τὸ Μενάνδρειον μαρτύριον· ἀλλὰ καὶ Ἀλκμάν πού φησι·

Λῦσαν δ' ἄπρακτα νεανίδες, ὥς τ' ὄρνεις
ἱέρακος ὑπερπταμένου.

Penultima in ἱέρακος producitur *Aristoph.* Equ. 1061 Invern. Ursin. et Schweigh. post νεανίδες versiculos dirumpunt qui forte in unum jungendi erant tetrametrum. *Jacobs. Anim. in Athen.* p. 201 conjicit: „Δύσαντ' ἄπρακτα ν. *Frustra puellae latere conabantur.* Δύεσθαι de avibus, quae

periculo imminente pavent, ut πτήσσειν. Nisi fuit: δεῦσαν δ' ἄπρ. ut *Soph.* in *Ajac.* 167. Similia collegit *Pierson.* in *Verisim.* p. 8 sq."

XXII.

Athen. IX p. 390 A. Καλοῦνται δὲ οἱ πέρδικες ὑπ' ἐνίων κακκάβαι, ὡς καὶ ὑπ' Ἀλκμᾶνος λέγοντος οὕτως·

'Επῆγε δὲ καὶ μέλος Ἀλκμάν·
εὗρέ τε γλωσσάμενον κακκαβίδων
ὄνομα συνθέμενος.

σαφῶς ἐμφανίζων, ὅτι παρὰ τῶν περδίκων ᾄδειν ἐμάνθανε. διὸ καὶ Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἔφη, τὴν εὕρεσιν τῆς μουσικῆς τοῖς ἀρχαίοις ἐπινοηθῆναι ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐρημίαις ᾀδόντων ὀρνίθων· ὧν κατὰ μίμησιν λαβεῖν στάσιν τὴν μουσικήν.

Ursinus a Schweigh. neglectus, ἐπῆγε μέλος, omisso δὲ καί. Schweighaeusero placet Dorice scribere ἐπᾶγε. Idem verbum γλωσσάμενον, quod nusquam alibi reperitur, et Ursino in γλώσσᾳ, aut, ut in nota est, γλῶσσα μὲν τό emendandum videtur, participium esse arbitratur a themate γλωσσάω, unde γλώσσημα et γλωσσηματικός; γλωσσάμενος autem Dorice pro γλωσσώμενον; et his verbis fragmentum nostrum transfert: *Invenit vero et cantum Alcman: compositamque a se caccabidum vocem hominum in linguam invexit.* Chamaeleo in Alcmanem commentarios scripsisse, et ex ipso loco nostro, quod de musices inventione refert, collegisse putandus est. Revocat id in mentem fabulam Sinensium, quorum rex Tschoyong, ante multa annorum millia, cum in sylva ambulans avium concentum audivisset, mentemque imperii curis afflictam oscinum vocibus recreasset, ad earum imitationem excitatus, artem musicam invenisse dicitur. Caeterum Alcmanis verba haud sane satis in liquido posita esse videntur. Quare nec de rhythmo confidentius statui potest, suspicer licet, dactylicos fuisse tetrametros, cui, praeter verbum γλωσσάμενον, quod sublestae est fidei, nihil obstat, modo scribas:

— 'Επῆγε δὲ καὶ μέλος Ἀλκμάν·

εὑρέ τε γλωσσάμενον κακαβίδων
ὤνομα συνθέμενος.

Syllabas, in quibus concurrunt γλ, corripi posse, monuit *Porson.* ad *Hecub.* 302 cf. *Seidl.* ad *Eurip. Electr.* 1009. Genitivi in ιδος quamplurimi penultimam producunt. Ὤνομα est apud *Theocr.* VII, 13.

XXIII.

Athen. X p. 416 C. Καὶ Ἀλκμὰν δὲ ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἀδηφάγον εἶναι παραδίδωσιν, ἐν τῷ τρίτῳ, διὰ τούτων·

Καί ποκά τοι δώσω τρίποδος κύτος,
ᾧ κ' ἐνὶ λέια τριείρης. ἀλλ' ἔτι
— νῦν γ' ἄπυρος, τάχα δὲ πλέος
ἔτνεος, οἷον ὁ πάμφαγος Ἀλκμὰν
ἠράσθη χλιερὸν πέδα τὰς τροπάς.
οὔ τι γὰρ ὀυ τὸ τετυγμένον ἔσθει·
ἀλλὰ τὰ κοινὰ γὰρ, ὥσπερ ὁ δᾶμος,
ζατεύει.

V. 2. Edd. Ven. Bas. Cas. 1. et Ursin. ᾧ καὶ νιλία τριήρης. ἀλλ' ἔτι. H. Steph. in una * ᾧ Νιλία, omisso καὶ; Ed. Cas. 2. 3. Νελία, quod Dalecamp. vertebat: *in quo Nileum sculptum manibus teras*, Nileum, Aegypti regem, cogitans. Casaubonus, cui adstipulatus est Villebrunius, conjecit: ᾧ (volebat ὡς) καὶ Πηλείδην Ἀτρείδης, sc. *Il.* IX, 122; *Westonus* in *Hermesian.* p. 35 Νηληίη τριήρης, intelligens *poculum Nestoris* (Il. XI, 361) *insculptum tripodi.* Peregregius Schweighaeuseri codex A: ᾧ κ' ἰ.ιλια γ' ιερης. Feliciter Schweighaeus. has tricas dirimit, divisim scribendo ἐν λεια. „Equidem, inquit vir doctissimus, ad verbum latine reddidi, id quod Graeca sonare videbantur, (*cui inest laevis triremis*) feliciorem interim vatem exspectans, qui certiora nos doceat." Non erat, quod dubitaret

de suae explicationis veritate. Λιία scripsi prō λία. vid. Fr. XXIX. ῑ est compendium scribendi pro τρι. Sic nonnunquam scripserunt τ̄ρύλλαβος. *Bast.* ad *Greg. Cor.* p. 852. Τρείηρς Dorum est pro τριήρης. Apud Alex. Aetolum in epigr. *Anal.* T. I p. 418 Spartae epitheton est πολυτρίποδος. Τριήρης ut alia navigiorum nomina, καρχήσιον, κύμβιον, κάνθαρος, de quibus agit *Macrob. Sat.* V, 21 et γαῦλος, ad pocula translatum est. Cf. *Hesych.* V. Τριήρης et *Athen.* XI p. 497 B. 500 F. Jam quum a similitudine navigiorum pocula dicta sunt, non sine magna specie veri dico, lebetem seu cortinam, *tripodis alvo* imponendam, ab eadem similitudine τρείηρ denominari potuisse. *G. Zoega* ad *Anaglyphorum Romae* Tab. LXVIII not. 4 observat, omnium vasorum et utensilium concavorum et ventrosorum nomina inter se similia et haud raro iisdem communia fuisse, sic ut *cymba, cunabula, poculum, lebes* multaeque aliae res uno eodemque vocabulo denotarentur. Quid? Ipse Alcman Fr. XXV vas aureum, caseo imponendo destinatum, σκύφος appellat. Nec minus facile id mihi dabitur, hoc etiam carmen esse ex genere τῶν παρθενίων, poetamque de donis loqui, quae puellae cuidam amatae sit daturus. Quod vero suppellectilem culinariam muneri ei optat, ex eo si quis de Lacaenarum virginum moribus judicare velit, equidem haud adversabor. Neminem vero, qui vel *Theocritum* legerit, et meminerit e. g. loci *Id.* V, 98. 104 id rei in nostra explicatione, in qua probanda longi esse nolumus, offensurum esse spero. —

In eodem V. 2. Cod. A. habet ἔτι Edd. ἔστι. Utrumque conjunctum et sensus desiderat et versi modulus; nam uti nunc legitur, sequens versus uno dactylo defectus tetrametrorum seriem interrumpit. Rescribendum igitur dico: ἀλλ' ἔτι Ἔστι γε νῦν ἀ, quorum alterutrum a librariis consulte expunctum fuerat. In textu tamen signum lacunae apponere malui. — V. 3. Ed. Bas. et Ven. ἄπυρος. Ursin. et Cas. ἄπυρος, quod firmat codex vetus A. — V. 4. Ed. Ven. et Bas. ἔτνεο, Ursinus, Farnesiano Athenaei cod. in describendo depravato fragmento usus, cumque eo Cas. ἔτνεος. Schweigh. conjicit ἔτνου — χλιαροῦ; Dorico tamen poetae etiam alteram constructionem licitam esse haud negans. — V. 5. Vul-

go (apud Urs. quoque) χαίρει παῖδα, e quibus vocibus Chaeronem, Alcmanis amasium, extorquerunt, quidam, inter quos est Baylius. Verum debetur Casauboni ingenio, qui ita interpretatur: „*Qualem pultem amat vorax Alcman bene calidam, post solstitium hibernum* sive *tempore hiemis.* Non omnium eduliorum eadem semper est gratia. Testantur haec verba, solitum Alcmanem hiberno tempore pulte calida se oblectare. Πέδα Dorice est pro μετά, pridem a nobis restitutum in multis diversorum auctorum locis. Quemadmodum autem multi cibi se fuisse ingenue fatetur Alcman superioribus verbis, sic cupediarum et λιχνίας invidiam deprecatur, cum statim addit: *Nihil enim Alcman elaboratum diligentius comedit, sed vulgares cibos ut plebs quaerit.*" — V. 6, Edd. vett. cum MS. ἐν πεπυμμένον, nullo sensu. Ursin. ἐν τετυγμένον *Hesych.* a Casaub. laud. V. Τετυγμένα· Σύνθετα, πεποιημένα, πεφροντισμένα. Cas. ἔντος τετυγμένον (ἐνδὶ sive ἐν τό proponit Schweigh.) et κοινά pro vulgato κενά. In vocabulo χλιαρόν similiter peccarunt librarii Lib. XI p. 409 E, ut annotat Schweigh. qui et hanc Cas. emendationem et ceteras ut certissimas adoptavit. Idem monuit syllabam finalem vocis τρεπάς Dorum more corripi.

XXIV.

Pergit *Athenaeus:* Κάν τῷ πέμπτῳ δὲ ἐμφανίζει αὐτοῦ τὸ ἀδηφάγον, λέγων οὕτως·

> Ὥρας δ' ἔσηκε τρεῖς, θέρος
> καὶ χῖμα κώπάραν τρίταν·
> καὶ τέτρατον ἦρ, ὅκα σάλλεν μέν,
> ἔσθεν δ' ἄδαν ὀυκ ἔστι.

Haec sic ab Ursino exhibentur:

> Ὥρας δ' ἔστακε τρεῖς, θέρος, καὶ
> χειμῶν, ὀπώραν τρίταν, καὶ
> τέτρατον τὸ κρόκας. ἀλλ' εἰ μὲν
> ἔσθει, ἐνδάδαν οὐκ ἔσθει.

Edd. pro τῷ πέμπτῳ δὲ habent καὶ τᾶδε Cod. A. καὶ τὸ ἑ. δὲ ἐμφαν. — V. 1. Ed. Ven. et Bas. ἴση καὶ κιτρεῖς. Cas. ἴσηκε τρεῖς. Schweigh. Grotef. et Fiorill. ἐσῆκε, *immisit*. Perperam. Est enim ἔσηκε pro ἔθηκε, (v. Fr. XXXV. *Hesych.* V. Σῖναι· Θεῖναι. Κρῆτες et Σάσαι· Καθίσαι. Πάφιοι.) quod huic loco magis convenit. — V. 2. Ed. Ven. et Bas. χιμάλω παρ' ἂν (pro χῖμα κὠπάραν) χῖμα sc. pro χεῖμα, ut χίμαρος. Ed. Cas. forsan ex errore typographi: χειμὰν ὀπύραν. Corr. Cas. χειμῶν' ὀπωράν τε. MS. A. χειμάχῳ· παραν, i. e. χειμα χωπαραν, unde Schweigh. scripsit χὠπάραν, quia fieri potuerit, ut perinde diceretur ὀπώρα et ὀπάρα, quod *Etym.* M. παρὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ ὥρᾳ dictum putat. Equidem, cum ῦ (apud Urs. χειμὰν) et π saepissime confundantur, dedi κὠπάραν. — V. 3. in Athenaei Edd. legitur ut apud Ursinum, praeter quod Bas. et Ven. habent τετάρτον. κρόκη est εἶδος πέμματος. MS. autem A emendationis felicissimae fundum praebet ἠρακας. ἀλλ' ἐι μὲν. Praeoccupavit tamen eandem ex ingenio *R. Fiorillo Obss. in Athen.* p. 24, vel, qui hos versiculos eodem fere modo et juncta forsan cum illo opera restitutos, cum Schweigh. privatim communicavit, *Grotefendus*; imo Casaub. jam conjecerat καὶ τέτρατον τότε ἦαρ. — V. 4. Edd. ἐσθίει ἐν δάδαν, MS. A δ' ἄδαν, Schweigh. ἐσθίειν δ' ἄδαν. In fine ἐσθίει pro ἔστι e conjectura Ursini fluxisse videtur. Scribendum foret Dorice ἐντί. Peculiaris quaedam hic est potestas vocis ἄδην. *Plutarch. De Music.* C. 43: Ὁ μὲν οἶνος σφάλλειν πέφυκε τῶν ἄδην αὐτῷ χρησαμένων τά τε σώματα καὶ τὰς διανοίας. Hesiod. apud *Athen.* X p. 428 C. Ὅστις ἄδην πίνει.

Grotefendus ex hisce duo concinnavit versus tetrametros hypercatalecticos:

> Ὥρας δ' ἐσῆκε τρεῖς· θέρος καὶ χεῖμα, καὶ τρίταν ὀπώραν
> καὶ τέτρατον τ' ἦρ, ὅκα θαλεῖ μὲν, ἐσθίειν δ' ἄδαν οὐκ ἔστιν;

Pro ultimis verbis, quia οὐκ ἔστιν metro repugnat, legi posse et ἀπίστιν opinatur. Conjecturam θαλεῖ rejecit Schweigh. desiderans πάντα ad exprimendum: *ubi quidem omnia florent*, et servata litera σ, quam post ὅκα agnoscunt libri, legit σάλλει, aut, ut versus exstet tetram. catal.

> Καὶ τέτρατον ἦρ, ὅκα σαλλίμεναι, ἐσθίειν δ' ἄδαν οὐκ ἐντί.

Σάλλειν verbum Doricum esse opinatur, quod in Latino *salio*, *salto* in-

que *Saliis* supersit, idem atque commune ἅλλεσθαι valens. Ut illud unice verum, ita hoc minus idoneum videtur. Σάλλειν potius Dorice scribitur pro θάλλειν, (v. Fr. XXXV.) quod una cum ἔσθειν, ab ἐστί pendens, zeugmatis speciem quandam habet. Simul subjectum diversum ad θάλλειν est cogitandum *terrae, arboribus*, ad ἔσθειν *hominibus. Est qui gaudeat verno tempore, florent enim ager et sylva; est vero etiam, qui eo minime delectetur, esuriunt enim ut plurimum cives.* In tam minutis carminum fragminibus vocibus voculisque transponendis, addendis, mutandis certum versuum genus conciliari aut vi quadam exigi mihi quidem haud placet; metri ratio quidem diligenter habenda, sed eo circumspectius, immo anxius agendum in rimandis et constituendis numerorum nexibus et variationibus, quo minor est copia certorum argumentorum eorumque subsidiorum, quae in uniuscujusque scriptoris usu et consuetudine sita sunt. Quare de contextus ductibus omnino non aberrans, scripsi duo versus jambicos dimetros acatal. quos, cui libeat, in unum sibi constringat tetrametrum, inque duo anapaesticos, dimetrum acatal. et paroemiacum, quorum in priore syllabam finalem communem pensi non habui, cum Bentleji et Hermanni legem de ea evitanda non ubique observatam esse in dimetris anapaest. demonstrant loci haud pauci, ut *Soph. El.* 242 (πρέσβυς) *Oed. Col.* 142 (πτέρυγας) *Aesch. Prom.* 1084 (κόνιν, cujus posteriorem syllabam longam esse neutiquam evincit *Bentl. Opusc.* p. 227) Cf. *Seidl. De dochm.* p. 80. *Doederl. Spec. nov. ed. Sophocl. ad Trachin.* 990. Praeterea diversa in his lyrici ratio esse potest ac tragicorum. Infinitivum Dores *semper*, ut auctor est *Greg. Cor.* p. 309 terminarunt in ῖν.

De re ipsa, quam his versiculis demonstrare voluit Athenaeus, quid dicamus aliud, quam nugatum esse grammaticum, voracium hominum exempla circumspicientem? Priori loco aut jocatur poeta, aut tecte civibus suis praecipit, ut ne cibos exquisitiores venentur, sed tenui et communi victu unice delectentur. Ex altero ne fidiculis quidem is, quem Athenaeus cernebat, sensus extorqueri potest, quanquam et *Aelian. Var. Hist.* I, 27 jejune recensens homines voraces, Alcmanem fa-

teri inquit, ἑαυτὸν πολυθερέστατον γεγονέναι. Hoc quidem loco uti poterat *G. Zorga, Bassiril. de Roma* Tab. XCIV not. 13, ubi in dubium vocat vetustam, quam referunt, tripartitam anni divisionem. Non meminerat ibidem *Theocriti* XV, 36 sq. et *Hymn. Hom. in Cer.* 400, quem quidem hymnum vir incomparabilis haud ita remotae, quam vulgo creditur, aetatis habuit.

XXV.

Athen. XI p. 498 F. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ Περὶ τῆς Νεστορίδος φησὶν, ὅτι τῷ σκύφει καὶ τῷ κισσυβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ· ὡς ὁ Εὔμαιος (*Odyss.* XIV, 112.)

— Πλησάμενος δῶκε σκύφος, ᾧπερ ἔπινεν
οἴνου ἐνίπλειον.

καὶ Ἀλκμὰν φησί·

Πολλάκι δ' ἐν κορυφαῖς ὀρέων, ὅκα
θεοῖς ἅδη πολύφανος ἑορτά,
χρύσεον ἄγγος ἔχοισα, μέγαν σκύφον,
οἷά τε ποιμένες ἄνδρες ἔχουσι,
χερσὶ λεοντεουεπαλαθεισα
τύρον ἐτύρησας μέγαν ἄτρυφον
ἀργύφεόν τε.

Versus ordinavi dactylicos tetrametros acatalecticos, quibus multum usum esse Alcmanem scimus. — V. 2. Πολύφανος Dorice, ut σᾶμα, ἆτα, quae habet Maittairius, pro σῆμα, ἦτα; θεαρός, et apud nostrum ὀπάρα. In epigrammate codicis Vaticani edito a *Jacobsio Anthol.* T. XIII p. 653 legitur τῶ' πόλλανος pro τῶ' πόλλωνος. Ἇς Dor. pro ἕως v. *Jacobs. in Athen.* p. 140. Sic θᾶκος et θῶκος. *Theocr.* XVIII, 43 πρᾶτος. Item in choro Laconum apud *Aristoph. Lysistr.* 1300. Ursin. et Casaub. male corrigunt πολύφωνος, Fiorill. πολύφαμος. Qualis sit ἑορτά, non definiendum. Ἔχοισα

pro ἔχοντα dederunt Schweigh. membranae. Χερσί ab Ursino, qui ex codicis vetusti Farnesiani auctoritate hunc locum a se emendatum dicit, minus apte jungitur cum ἔχοντι. — V. 5. deficiente contextu, insanabilis. H. Steph. χερσίλεον τεὸν ἐπαλαθεῦσα. Ursin. λεοντίον ἐπαναθεῦσα. Ἐπαναθεῦσα χερσί placet. Sed quid in λεοντίον lateat, hariolando haud assequor. *Fiorillo Obss. in Athen.* p. 25, ejecta voce θεῦσα, certissima ratione in hunc modum loco corrupto medelam fieri sibi persuasit:

Χερσὶ λεόντειον γάλα τυρὸν ἐτύρησας μέγαν ἀργυφέον τε,

ex *Aristide* T. II p. 29 (v. Fragm. XL *) quem hunc Alcmanis versum ante oculos habuisse, et ea ad Bacchum transtulisse putat, quae de Baccha, caseum scilicet ex *vino* faciente in festo Bacchico, narraverit poeta. Quo lectionis portento Schweigh. dicere non debuerat, lucem insignem nostro loco affundi, licet ipse paulo inferius fateatur: „Quae supersunt in hac Alcmanis ecloga tenebrae, eas posthac facile fortasse Oedipus aliquis discutiet." Equidem, quamvis non sum Oedipus, quovis tamen pignore contendam, versus 5. quomodocunque emendandus sit, — (Schweigh. conjicit παλαθεῦσα, tanquam a παλάθη, *in massam cogens*) — et vocem λεοντίον, *leoninum*, prorsus esse falsam, nec aliud his verbis corruptis junctim cum sequentibus descriptum fuisse, quam uti puella quaedam, cujus laudes caneret poeta, in altis montium Laconicorum pascuis (*Alp* vocant Helvetiae et Germaniae meridionalis incolae) caseum presserit, quem ex festi et vasis aurei, magno scypho similis, commemoratione sacris ipsis celebrandis destinatum fuisse, conjicere licebit. Pro ἐτύρησας, a τυρέω, ut τυρεύω, τυρόω, Dalecampius volebat τήρησας, *servabat*, quo calculus injectus neutiquam eximitur. Ἄτρυφος, quod Fiorillo licenter exturbat, est *valde delicatus*, vel, secundum Schneiderum, qui comparat Hesiodeum τετράτρυφος ἄρτος, pro ἄθρυπτος. Hesychii glossam Ἄτροφος· Τυρὸς ὁ πεπτόμενος ὑπὸ Λακώνων, ad nostrum locum refero et corrigo Ἄτρυφος. Sic eundem ex adjectivo gentili Δένθις, v. Fragm. XV, vocabulum Laconicum, *vinum* denotans finxisse deprehendimus.

XXVI. XXVII.

Athen. XIII p. 600 F.

Ἔρως με δ' αὖτε, Κύπριδος ἕκατι,
γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει.

λέγει δὲ καὶ (Alcman) ὡς τῆς Μεγαλοστράτης συμμίτρως (Schweigh. conj. ἐν μετρίως) ἐρασθεὶς, ποιητρίας μὲν οὔσης, δυναμένης δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι. λέγει δ' οὕτως περὶ αὐτῆς·

Τοῦθ' ἁδειᾶν Μοισᾶν ἔδειξε δῶρον
μάκαιρα παρθένων, ἁ ξανθὰ Μεγαλόστρατα.

„Κατείβειν est ἄρδειν. Jam ἄρδειν καρδίαν, pro *oblectare* et *recreare*, elegantissimum est. Sic apud Hebraeos ποτισμὸς ὀστέων, ut *Prov.* III, 8, et ἄρδειν (non μεθύειν, ut verterunt LXX.) ψυχὴν, *Jerem.* XXXI, 14." CASAUB. Prioris fragmenti versus pariter ut ego distribuerunt Ursin. et *Jones de poesi Asiat.* p. 293. Ultima syllaba in Κύπριδος per Aeolismum producitur. Aeoles enim teste *Prisciano* p. 547 ubique loco aspirationis ponebant digamma, spiritus asperitatem effugientes. Positionis digammate effectae aliud exemplum habemus Fr. XLVIII. ὡς ἴδον· XL τὸν ἱερον. cf. LXXVI. Sic Spartanorum erat βίσος pro ἴθος. *Valck. in Adon.* p. 282 B. cf. *Hesych.* V. Θαβάκον ibique *Hemsterh. Ruhnken. Ep. crit.* II ad *Orph. Arg.* 434. Apud *Hesych.* Βῶροι, pro ὦροι, *oculi;* Βέρσον, Βύρσον. Sic βύρσα etiam et *ursus* ejusdem etymi. In Pindari carminibus digamma haud amplius eam habere potestatem, auctor est *Boeckh. De metris Pind.* p. 309. Genitivum plur. pro accusativo ἁδεῖαν Μοῦσαν posuerunt jam Ursin. et H. Steph. Ursin. vero et J. C. Wolfius nostram lectionem, quae Codice Schweigh. A confirmatur, pro μακαίρα παρθένῳ. Alterum fragmentum in ed. Schweigh. sic dispositum est:

Τοῦθ' ἁδειᾶν Μοισᾶν ἔδειξε
δῶρον μάκαιρα παρθένων,
ἁ ξανθὰ Μεγαλόστρατα.

Ut equidem dispescui, prior versus est iamb. trim. catal. alter asynarte-

tus, forma alibi quidem nusquam exstante, bona tamen. In ἀδειᾶν diphtongus corripitur. Vid. *Ruhnk. Ep. crit.* II ad *Apoll. Rh.* I, 8. *Porson* ad *Eurip. Phoen.* 1319. *Herm.* ad *Eur. Suppl.* 1130. *Seidl.* ad *Eurip. Electr.* 492. *De vers. dochm.* p. 32. 100 sq. *F. Jacobs. Anthol.* T. XII p. 190. *Animadv. in Athen.* p. 113. 133. 169. 296. *Boeckh.* in *Plat. Min.* p. 191. Add. ἐπάρεισιν, *Eur. Hec.* 752. Κυρηναῖος in jambo *Alexidis* apud *Eustath.* ad *Il.* XXI p. 1148. γονιᾶντα, *Jacobs. Anthol.* T. XIII p. 797 V. 6. ἐξωληθείη, in Rhintonis jambo apud *Hephaest.* p. 4. Apud Nostrum Fr. XIX συναικλίαις. XXXVII παιᾶνα. *Eurip. Iph.* T. 732. Seidl. ἀδικοίης. *Tyrt.* I, 20 γεραιούς. *Hesiod. Op.* 5. ῥεῖα. 734 θείην.

XXVIII.

Athen. XIV p. 648 B. Πόλτου δὲ μνημονεύει Ἀλκμὰν οὕτως·

Ἤδη παρέξει πυάνιόν τε πόλτον,
χίδρον τε λευκὸν, κηρίναν τ' ὀπάραν.

ἔστι δὲ τὸ πυάνιον, ὥς φησι Σωσίβιος, πανσπερμία ἐν γλυκεῖ ἡψημένη· χίδρον δὲ, οἱ ἑφθοὶ πυροί. κηρίναν δὲ ὀπώραν λέγει τὸ μέλι.

De pulte et chidro multus est Casaubonus. *Eustath.* in *Odyss.* VI p. 1563, 1. Ἀλκμὰν δέ φασι χίδρα εἶδε, τοὺς ἑφθοὺς πυρούς. Schweighaeuserus κηρίναν ὀπώραν, quam Sosibius grammaticus, eumque insequutus *Eustathius* p. 1735, 50 *mel* interpretatus est, *flava* quaedam *poma* significare putat. Ὀπάραν scripsi, quia Dorica forma Fr. XXIV legitur.

XXIX.

Athen. XV p. 681 A. Μνημονεύει αὐτοῦ (helichrysi) Ἀλκμὰν ἐν τούτοις·

Καί τιν εὔχομαι φέροισα
τόνδ' ἑλιχρύσω πυλέων' ἀκηράτω κυπαίρω.

Legebatur olim: καί τιν', φέρουσαν, ἑλιχρύσῳ, πύλεω ἀκηράτου κυπέρου, quorum sanatio debetur Casaubono. Ursin. pro πύλεω posuit πυλεῶν, i. e. *Hesychio* interpretante, στέφανον, et κυπέρου. Ultima quidem Casaub. ita refinxe-

rat: πυλίωνα καὶ ακηράτω κυπίρω. Schweigh. πυλίωνα κακηράτω κυπίρω. Ex *Eustath.* vero p. 1648, 7 cf. p. 969, 8 discimus, in Alcmane lectum fuisse κυπαίρος, Dorice, ut Ἄρταμις, φθαίρω, μεσόγαιον, ἆθι, αἰνές (δεινές) cet. *Koen.* ad *Greg. Corinth.* p. 316 praeter dialecti difficultatem, caussam fuisse docet frequentem admodum errorem scribarum in ι et αι permiscendis. cf. *Brunck.* ad *Theogn.* 543. (531) *Jacobs. in Athen.* p. 213. 301 sq. *Dawes. Misc. crit.* p. 132. 432. cf. *Eustath.* p. 1001, 18. ὅτι δὲ τὸ ο στοιχεῖον ου ἐγράφετο καὶ τὸ ι ει. Sic Fr. I ἄρχαι. Fr. XXXVII πρίατ. XVII πίδιτοι. In Fr. XXIII (λια) ι in ει mutandum censeo; item in iis quae *Maittair.* p. 153 A. tanquam Dorismi exempla affert, cum exempla potius sint orthographiae neglectae. Φίροιτα codice Schweigh. vetusto confirmatur. Pro tetrametro troch. brachycatal. quem posui, Schweigh. dimetros duo dat trochaicos acatal. cum dimetro jambico catalectico. Coronam dicari creditur Junoni, quia Pamphilus, Grammaticus Alexandrinus, dicit apud eundem *Athen.* p. 678 A, coronam Junoni imponi solitam a Lacedaemoniis, vocari πυλίωνα. Quae vox a *Schneidero* in *Lex.* derivatur a πύλων, quasi φύλων, φύλλων; a *Winckelmanno* autem ad *Mon. ined.* Nr. 6 a πύλη, quod magis probo, quia *Jul. Poll.* V, 96 πυλίωνας, παρὰ Καλλιμάχῳ, inter muliebria capitis ornamenta ita refert, ut de floribus cogitari nequeat. Forma ista πυλίωνος turrita, haud prorsus absimilis Cybeles coronae, quam secundum hanc etymologiam animo nobis formare debemus, antiquissimam Junonis statuam apprime decet, et, teste Winckelmanno, in aliquot monetis occurrit. Sed cum Alcman ea voce non sensu proprio utatur, dubitare licebit, cuinam deo deaeve corollam ferentem fingat puellam.

XXX.

Athen. XV p. 682 A. Τῶν δὲ καλχῶν μέμνηται καὶ Ἀλκμὰν ἐν τούτοις·

Χρύσεον ὅρμον ἔχων ῥαδιναῖν πετάλοισί τε καλχάν.

Χρύσεον pro χρύσειον, quod est in Athenaeo edito, scripsi cum Ursino et *Mitscherl.* ad *Hymn. in Cer.* 10, qui hexametrum, (in quod et ipse in-

cideram) e duobus versiculis disjunctis restituit, inserta copula τε, qua gratior sane aures accidit sonus, quamvis absque ea versus non careret simili. Vid. *Theogn.* 61. 193. 553 Bekk. Sed tum legendum foret ῥαδινῶν χαλχῶν, quod posuit Schweighaeuserus, non cogitans, χρύσεον ὅρμον χαλχῶν aliquanto magis offendere, quam e. g. ἵπποι ἱβουκολοῦντο, νίκτας φιοχέι et alia hujus generis ab *Eustathio* congesta p. 1531, 58.

XXXI.

Arati Vita ed. a Victorio et Petavio in *Uranolog.* p. 273 (T. II p. 437 Buhl.) Ἔδει γάρ, (loquitur de Arato) φασιν, εἰπεῖν, Ἀπὸ Διὸς (ἀρχώμεσθα.) Ἀγνοοῦσι δέ, ὅτι καὶ Πίνδαρος (*Nem.* II, 1.) κατεχρήσατο τῷ ἔπει τούτῳ, λέγων· Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ ἄρχονται, Διὸς ἐκ προοιμίου. καὶ Ἀλκμάν·

Ἐγὼ δ' ἀείσομαι ἐκ Διὸς ἀρχόμενος.

Quae vulgata erant, ἐγὼ δὲ ἀεί σοι με ἐκ Διὸς ἀρχόμενα, restituit *Valcken. Diatr. in Eurip. perdit. dram. rel.* p. 287. Cf. *Terpander* apud *Clement. Alex. Str.* VI p. 658. *Ovid. Metam.* X, 148.

Hymnum in Jovem cecinisse Alcmanem discimus ex *Himerii Sophistae Orat.* V, 3 p. 476. Ἀλκμαίων δὲ (Atticam nominis forma uti potius quam Dorica placuit Atticarum elegantiarum sectatori) τὴν Δώριον λύραν Λυδίοις κεράσας ᾄσμασιν, ἐτύγχανε μὲν διὰ τῆς Σπάρτης εἰς Διὸς Λυκίου (l. Λυκείου seu Λυκαίου) κομίζων ᾄσματα· ὁ δὲ μὴν παρῆλθε τὴν Σπάρτην πρὶν καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν καὶ Διοσκούρους ἀσπάσασθαι. Rhetor quum a Juliano Augusto arcessitus ad Orientem proficisceretur, Thessalonicae, rogatu urbis et magistratus declamationem habuit, qua ad Vicarium orationem convertens, quod ipsum prius quam Imperatorem affaretur excusaturus, recenset Simonidem, quum Pisam contenderet ad Jovem hymno celebrandum, ab Eliensibus rogatum, ut ante Jovem Jovi sacram urbem canere vellet; Anacreontem, dum ad Polycratem proficisceretur, prius allocutum magnum Xanthippum; Pindarum, (scil. Pyth. I) ante Jovem, Hieronem canentem; *Alcmanem* denique, *in hymno in Jovem in transcursu Spartam ejusque Ge-*

minos salutantem. „Erat autem, vèrba sunt *Wernsdorfii*, τὸ Λυκαῖον delubrum Jovis Lycaei in altissimo monte Lycaeo Arcadiae, de quo legas *Pausan.* VIII, 38 *Plat. Rep.* VIII p. 724 cet. Juxta hoc templum agon sive Jovi sive Pani sacer celebrabatur, a Pausania Pindaroque saepe memoratus. In his Lupercalibus etiam Alcman videtur carmen Jovi devotum recitasse, quamvis id a vetere nullo laudetur aut tangatur." Non aeque recte habet versio Latina, quae lectorem facile in errorem inducere possit: *Alcman peregrinans aliquando per Spartam cum carmine in fano Jovis Lycaei recitando, non tamen tacitus praeteriit Spartam.* Sophista enim in gratiam ineptae comparationis simulat, poetas ad eos sese contulisse, quos celebraturi fuerint, et, si alium quendam laudarent praeter eum, cui carmen esset destinatum, eos id, ut ipse nunc a Thessalonicensibus invitatus verba faciebat, rogatos fecisse, et in itinere (carminis nimirum) ad illos deversos. Simili lusu *Hermesianax* 29. 42 quas cecinerant, eas relicta patria invisum ivisse ait poetas. Gemina his est formula ἵπτιμψιν ἴπη apud *eundem* V. 40 ubi cf. *Ruhnken.* Quod vero Alcmanem, quasi aliunde veniret, hymnum suum per ipsam patriam in Arcadiam portasse, et Spartae parumper moratum esse dicit, id minus mirum videbitur, si cogites, Himerium magis hymni verba, quam Alcmanis personam et rei veritatem respicere. Ille enim non a Sparta, sed a versibus quibuscunque profectus et incipiens, tangebat Spartam et Dioscuros, tum ad Jovem progrediebatur. Cum hac vero Dioscurorum commemoratione non confundendus est hymnus in eosdem, Fr. III.

XXXII.

Menander De encom. Rhet. Ald. p. 595. (Περὶ κλητικῶν ὕμνων) Ed. Heeren. p. 33. Μέτρον (i. e. ambitus) μέντοι τῶν κλητικῶν ὕμνων ἐν μὲν ποιήσει ἐπιμηκέστερον. ἅμα μὲν γὰρ [ἐκ] πολλῶν τόπων ἐκείνοις ἔξεστιν, [addit Heer. τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖν] ὡς παρὰ τῇ Σαπφοῖ καὶ τῷ Ἀλκμᾶνι πολλαχοῦ εὑρίσκομεν. τὴν μὲν γὰρ Ἄρτεμιν ἐκ μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πολίων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ· τὴν δὲ Ἀφροδίτην Κύπρου, Κνίδου, Συρίας, πολλαχόθεν, ἀλλα-

χέθεν ἀνακαλεῖ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους αὐτῶν [Heer. αὐτοὺς] ἔξεστι διαγράφειν. ἐνίων, ἐκ ἀπὸ ποταμῶν καλεῖ, ὕδωρ ἢ ὄχθας καὶ τοὺς ὑποπεφυκότας λειμῶνας καὶ χορούς ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς γινομένους, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαναγράφουσι. καὶ ἐκ ἀπὸ ἱερῶν ὡσαύτως· ὥστε ἀνάγκη μακροὺς γίγνεσθαι αὐτῶν τοὺς κλητικοὺς ὕμνους. τοῖς δὲ συγγραφεῦσι βραχυτέραν τὴν περὶ ταῦτα διατριβὴν ἀναγκαῖον γίνεσθαι. Cf. Fr. III. XXXI. XXXVII.

XXXIII.

Strab. VIII p. 341 (T. III p. 52 Siebenk.)

Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιῤῥύταν.

Saepius Strabo notat figuram dicendi poeticam, qua pars cum toto componitur, uti hic Cyprus cum Papho, apud Homerum inprimis frequentem. In usum vocat et Hipponactis ac Aeschyli loca. Alcmanis versum adducit etiam *Eustath.* ad *Il.* II p. 305, 33. Ursinus, Mitscherl. aliique suspicati sunt, eum obversatum fuisse *Horatio* Carm. I, 30:

O Venus, regina Cnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron, et vocantis
Ture te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem.

Cf. *Ruhnk.* ad *Hom. H. in Ven.* 1. in *Epist. crit. I. Theogn.* 1332. 1382 sqq. Bekk. et *Solon.* II Κυπρογενὴς Venus dicta.

XXXIV.

Hephaest. p. 44. Δύναται δὲ καὶ μέχρι τοῦ ἑξαμέτρου προκόπτειν τὸ μέτρον (Paeonicum) διὰ τὸ τριακοντάσημον μὴ ὑπερβάλλειν· καὶ εἴη ἂν ἑξάμετρον καταληκτικὸν τὸ καλούμενον τοῦ Ἀλκμᾶνος, ἐκ μόνων ἀμφιμάκρων. (cf. *Boeckh. De metris Pindari* p. 143.)

Ἀφροδίτα μὲν οὐκ ἔστι, μάργος δ᾽ Ἔρως, οἷα παῖς δῆτα.
Ἄκρ᾽ ἐπ᾽ ἄνθη καβαίνων, ἃ μή μοι θίγῃς, τῶ κυπαιρίσκω.

Ursin. μάργος δ᾽ Ἔρως οἷα παίσδει, quod ex Codice Pauwius quoque

enotat, pro lectione παῖς δή, ab ipso postea in δῆτα mutata. Idem pro καββαίνων i. e. καταβαίνων in gratiam versus scripsit καβαίνων (Urs. καμβαίνων) et κυπαιρίσκω pro κυπαρίσσω. (cf. Fr. XXIX). Sed κυπαιρίσκω cum illis jungi non posse apte, et cum sequentibus cohaesisse ei videbatur; quasi hoc tantum dativo locus impediretur! Genitivum jam Ursin. posuerat, τῶ κυπαρίσσω, ad ἄνθη referendum. Sed quid sibi volunt haec: *Non Venus ea est*, (num, quae hoc efficit?) *sed protervus Amor, ut puer scilicet, ad summos cyperi flores, quos ne mihi tangas, descendens?* Ego satius duxi, versus, ut sibi invicem alienos, puncto distinguere. Ex priore discimus, jam tum temporis eam a poetis conceptam fuisse Amoris speciem, in qua exornanda et varianda Anacreon inprimis ingenio indulsisse videtur. Cum altero compone fragmentum *Hesiodi* de Iphiclo, cursus rapiditate celebri, apud *Eustath.* in *Il.* II p. 323 et alibi:

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέεν, οὐδὲ κατέκλα,
ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι,
καὶ οὐ σινέσκετο καρπόν.

Verba ἃ μή μοι θίγῃς vix ausim ad analogiam linguae vernaculae vulgaris interpretari: *ita ut eos non tangeret, quasi quis tangere vetaret.*

XXXV.

Hephaest. p. 47. Ἀπ' ἐλάσσονός τε ἐπιωνικὸν τρίμετρόν ἐστι παρ' Ἀλκμᾶνι· ὃ τὴν μὲν πρώτην ἔχει ἰαμβικὴν ἑξάσημον ἢ ἑπτάσημον· τὰς δὲ ἑξῆς δύο ἰωνικὰς ἑξασήμους καθαράς· οἷον·

Πέρισσον· αἰ γὰρ Ἀπόλλων ὁ Λύκηος
Ἰνὼ σαλασσομέδοισαν ἀπομάσδων —

Herm. Handb. der Metrik. §. 407. scripsit Λύκειος pro Λύκιος. Λύκηος ex sequenti fragmento recepi. Σαλασσομέδοισαν ex σάλας ὁ μέδοισαν, H. Steph. σάλας· ὁ μέδοισαν, quod Ursinus et Pauwius mutant in θαλασσομέδοισαν. Sed Doricum σ pro θ retinendum erat, quod velut proprium fuisse Laconicam regionem incolentibus et ne ab horum quidem colonis Tarentinis in iisdem vocibus receptum, observat *Valckenarius* in *Theocr. Adoniaz.* p.

285 A. *In indice tamen* copiosissimo vocum Laconicarum, quae ϑ mutaverunt in σ, inde a p. 277 B, usque ad p. 288 cf. p. 343 B 258 A. Ἀσῶαι, Alcmanem neglexit, ex quo alia hujus usus exempla attulimus Fr. XXIV. LXVI. Multa alia addi possent ex *Aristoph. Lysistr.* 1264 sqq. 1299 sqq. et ex noto Spartanorum decreto contra Timotheum. De ipsa voce σάλαττα v. *Koen.* et *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 300. Nos litteram ϑ, sicuti Scytha ille apud *Aristoph. Thesm.* 1007 ss. pronuntiando corrumpimus, quam eo modo, quo antiqui, pronuntiare callidi sunt Angli, Dani, Neograeci, Ravennates. Permutabantur etiam δ et τ cum σ v. *Daw. Miscell.* p. 450. 503. 518. 529. Ἀπομάσδων, nove dictum, si vox sincera sit, denotet *ablactans.* Dubito, an fuerit ἀπὸ μασδῶν, uti Hermannus quoque scripsit. Hephaestionis mensuram horum epionicorum a minore agnoscit *Boeckh. Ueber die Versmaſse des Pind.* p. 321 aliter vero eorum rhythmum constituit *Besseldt Beytr. zur Prosodie u. Metrik.* p. 122.

XXXVI.

Bast. ad Gregor. Corinth. p. 187: „Alio loco Περὶ ἐπιῤῥημάτων *Apollonius* tradit, non omnia adverbia in θεν exeuntia apud Dores et Aeoles syllaba θα finiri: (cf. *Exc. Voſs.* p. 434 A. B.) Οὐχ ἐφικτὴ πᾶσα μετάθεσις τῶν εἰς θεν λῃγόντων τοπικῶν εἰς τὸ α, οὐ γὰρ οὐρανόθεν οὐρανόθα φασίν, οὐδὲ τὸ ἄλλοθεν ἄλλοθα, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔμπροσθα, ὕπερθεν ὕπερθα, ὄπισθεν ὄπισθα· Ὁ δ' ἐξόπισθα κασταθείς, πρόσθε πρόσθα. καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι ἔντω δεκτέον τὴν συναλοιφὴν προσαπολλωνοσλυκηω. Ita Codex. Lego:

Πρόσθ' Ἀπόλλωνος Λυκήω.

pro Λυκείου. Cf. *Etym. M.* p. 32. Τὸ ὄρνος καὶ λύκηος Λακωνικά. (Cf. *Eustath.* p. 365, 27. et infra Fr. CXIV.) — Πρόσθ' pro πρόσθα. Ὁ δ' ἐξόπισθα κασταθεὶς item sunt verba poetae mihi incogniti. (*Valcken. in Theocr. Adon.* p. 278 C. Alcmani ea tribuit. At vir doctissimus totum Apollonii locum male acceperat.) Κασταθεὶς non videtur corruptum, sed per syncopen

positum pro κατασταθεὶς, quemadmodum *Odyss.* XVII, 32 καττορῦσα pro κατατορῦσα, et in *Hesychio* κάστρωμα pro κατάστρωμα legitur. (Supra Fr. XI καβαίνων; sic etiam κατθνάσκει. et apud Homerum καχχείοντες, κάππεσον, κάββαλε etc. *Hesiod. Op.* 334 καδδύναμιν. *Solon.* I. καλλείπομαι) Denique inter adverbia hujus formae referendum etiam ἄνωθα pro ἄνωθεν in *Tabb. Heracl.* ed. Maz. p. 157."

XXXVII.

Strabo X p. 482 (Tom. IV p. 289 Siebenk.) ex Ephori libro de Spartanorum republica, plurima refert Spartanorum instituta re vera a Cretensibus excogitata, ab iisdem vero postea, afflictis eorum urbibus, maximam partem neglecta esse. Saltationem etiam, ait, Spartae usitatam, rhythmos et paeanas, qui ex lege canantur, aliaque multa instituta vocari apud eos Cretensia, utpote e Creta petita. Sic etiam τὴν συσσίτιαν, i. e. convictum in publico, quem Cretenses etiam tum ἀνδρείαν, (virorum scilicet societatem) appellent, olim et a Spartanis, qui postea nomen mutaverint, sic vocatam fuisse, ut ex Alcmane constet ita canente:

φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι
πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

Φοίναις Dor. pro θοίναις. *Maitt. De dial.* p. 202. Ed. Sturz. add. *Hesych.* Φλῖψις· Θλῖψις, et *Greg. Cor.* p. 525, ubi pro θυσάνους codices praebent φυσάνους. Cod. Med. 1. ἀνδρείων. Edd. πρέπει. Ursin. cum Edd. ante Casaub. versibus subnectit: ὑπὸ τῶν Κρητῶν, quae Strabonis sunt, post suppletum λέγεσθαι δεῖ. In tetrametrum catal. falso haec constringi caesurae absentia et θιάσοισιν, ultima brevi, demonstrant. Ob hoc nec ita dimetiendum, ut versus existat trimeter catalecticus. Quare hexametrici generis hoc fragmentum et πρέπει a Strabone ad subsidium constructionis suppletum esse suspicor.

φοίναις δε καὶ ἐν θιάσοισιν
ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι [πρέπει] παιᾶνα κατάρχειν.

Plutarch. Lyc. p. 46 B. Τὰ δὲ συσσίτια Κρῆτες μὲν ἄνδρεια, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσιν, εἴτε, ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων, ἀντὶ τοῦ λ̄ τὸ δ̄ λαμβάνοντες, εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ συνεθιζόντων.

XXXVIII.

Plutarchus De musica. C. 14. Ου μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. — — ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι, καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν.

XXXIX.

Εὐδοκία p. 251.

Schol. ad Theocr. V, 83. Πραξίλας μὲν ἀπὸ Καρνείου φησὶν ὠνομάσθαι τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης υἱοῦ, ὃς ἦν ἐρώμενος τῷ Ἀπόλλωνι. (sc. Carnea, Doriensium festum.) Ἀλκμὰν δὲ ἀπὸ Καρνέου τινὸς Τρωϊκοῦ. Alii aliter. Vid. *Sturz.* ad *Hellan. Fragm.* p. 84. cf. *Recherches sur les fêtes Carnéennes par Du Theil* in *Memoir. de l'Acad. des Inscr.* T. XXXIX p. 185 sqq.

XL.

Eustath. ad *Od.* III p. 1462, 46 Ψυρία δὲ νησίδιον Χίου φασὶν ἀπέχον σταδίους ὀγδοήκοντα, λιμένα ἔχον νεῶν εἴκοσι. λέγεται δὲ καὶ οὐδετέρως τὰ Ψύρα, ὡς Ἀλκμάν·

Παρά τε ἱερὸν σκοπελὸν παρά τε Ψύρα τὸν Διόνυσον
ἄγοντες.

ἤγουν ὡς ὄιον ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι τὸν Διόνυσον. καὶ ἔστι παροιμία τὸ, Ψύρα τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τῆς νήσου λυπρότητα. Imo nata esse debet dictio proverbialis de violentia et contemtu ex carmine decantatissimo. Nullus enim dubito, quin de piratis sermo sit, Bacchum ligantibus, *Hymn. Hom.* VII. Legendum autem conjicio παρὰ τὸν ἱερόν, ut, intercedente digammate (cf. Fr. XXVI), rhythmus anapaesticus restituatur. Quamvis de *Prisciani* judicio, (p. 546 Putsch.) mutatione illa ne opus quidem sit. Ait enim:

Et tamen quando Aeoles idem F inveniuntur pro duplici consonante digamma posuisse, ut Νέστορα δὲ Fοῦ παιδός, *nos quoque videmur hoc sequi in praeterito perfecto et plusquamperfecto tertiae et quartae conjugationis, in quibus ī ante ŭ consonantem posita producitur, eademque subtracta corripitur, ut cupiui cupii etc.*

XL*.

Aristides Tom. II p. 29 Jebb. (T. I p. 53 P. Steph.) Ὥς ἄρα πολλή τις καὶ ἄμαχος ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ (Bacchi), καὶ δύναιτ' ἂν καὶ ὄνους πτεροῦν, οὐχ' ἵππους μόνον. ὥσπερ καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκέ τις αὐτῷ Λακωνικὸς ποιητής.

XLI.

Schol. ad Aristoph. Pac. 456. | Πρὸς τοὺς διωμένους τῶν ποιητῶν τὸν αὐτὸν Ἄρεα εἶναι καὶ Ἐνυάλιον, κατὰ τὸ ἐπίθετον. τοῖς δὲ Ἄρεος καὶ Ἐνυοῦς τὸν Ἐνυάλιον' οἱ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας. Ἀλκμᾶνα δὲ λέγουσι ὅτε μὲν τὸν αὐτὸν λέγειν, ὅτε δὲ διαιρεῖν. Cf. *Liebel.* ad *Archiloch.* p. 152. Spanh. ad Aesch. Sept. 45. ap. Haupt.

XLII.

Hephaest. p. 34.

Κόλπῳ σ' ἐδέξανθ' ἁγναὶ Χάριτες Κρόνῳ.

Versum Hephaestio ad antispasticos refert et Ἀλκμανικὸν δωδεκασύλλαβον vocat. *Hermann De metris* p. 217 *Metrik* §. 186 eum constare docet e dipodia jambica et ordine dactylico cum duplici basi. Quidni simpliciter, e duobus ordinibus, altero jambico, altero dactylico, ut Fr. XXVII, 2? Pauwium, qui legit κρόνῳ i. e. κρόνου, male habet conjunctio Gratiarum cum Saturno. Ad calcem libelli correctum fuit χρόνῳ i. e. *tandem*. Cogitabat etiam de Dativo, *in gratiam Croni*. Verum est: *A Crono Gratiae te sinu exceperunt*, sive *in sinum acceperunt*, aliquem scilicet liberorum Saturni. Cujus constructionis jam Homero familiaris afferunt

exempla *Porson. ad Eurip. Hec.* 539 et *Schaef.* in additam. Cf. *Hymn. in Ap.* 305:

Καί ποτε δεξαμένη χρυσοθρόνου ἔτρεφεν Ἥρας.

XLIII.

Pausan. III, 18, 4. Ἐς Ἀμύκλας δὲ κατιοῦσιν ἐκ Σπάρτης, ποταμός ἐστι Τίασα· θυγατέρα δὲ νομίζουσιν εἶναι τοῦ Εὐρώτα τὴν Τίασαν· καὶ πρὸς αὐτῇ Χαρίτων ἐστὶν ἱερὸν Φαέννας καὶ Κλητᾶς, καθὰ δὴ καὶ Ἀλκμὰν ἐποίησεν.

Infra IX, 35, ubi de Gratiis fusius disputat, legitur κλειτᾶν vel κλιτάν. κλητός, Laconice κλειτός, (vid. Fr. CIX) *inclytus.*

XLIV.

Suidas V. χθονία· Ἀντὶ τοῦ σκοτεινή. Πολιτείας (Platonis) δεκάτῳ· Μὴ χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύεσθαι, ἀλλὰ λείαν καὶ οὐρανίαν. ἀνθυποφέρει γὰρ τῇ μὲν τραχείᾳ, λείαν· τῇ δὲ χθονίᾳ, τὴν οὐρανίαν, ἀντὶ τοῦ λαμπράν. καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι τι, ὅτι φησὶ χθόνιον τέρας ἐπὶ τῆς Ἔριδος, τινὲς ἀντὶ τοῦ, στυγνὸν ἐδέξαντο, ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα. ἐπεὶ πρὸς αὐτὴν λέγει. Orco editum monstrum.

XLV.

Plutarchus De fortuna Romanorum. p. 318 A. (Cap. 4.) Οὕτως εἰσῆλθεν (ἡ Τύχη) εἰς Ῥώμην ὡς μενοῦσα, καὶ τοιαύτη πάρεστιν ὡς ἐπὶ τὴν δίκην· οὐ μὲν γὰρ ἀπειθής, κατὰ τὸν Πίνδαρον, οὐδὲ δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς γενεαλογεῖ Ἀλκμάν. Fortunam publicam Spartanorum?

XLVI.

Id. De Herod. malign. p. 857 E. (C. 14.) Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν ουχ' Ὅμηρος, ουχ' Ἡσίοδος, ὀυκ Ἀρχίλοχος, ὀυ Πείσανδρος, ὀυ Στησίχορος,

ἀων Ἀκλμάν, ὃν Πίνδαρος Ἀιγυπτίου ἴσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἵνα τοῦτον ἴσασι παντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ἡμῖν καὶ Ἀργεῖον.

XLVII.

Plutarch. Sympos. Lib. III qu. 10, 3. p. 659 B. Δροσοβολεῖ γὰρ ταῖς πανσελήνοις μάλιστα διατηκόμενος (ὁ ἀήρ), ὥς που καὶ Ἀλκμὰν ὁ μελοποιὸς αἰνιττόμενος τὴν δρόσον ἀέρος θυγατέρα καὶ σελήνης· Οἷα, φησί, Διὸς θυγάτηρ Ἔρσα τρέφει καὶ Σελάνας.

Eadem poetae verba affert etiam in libello *De facie in orbe lunae* p. 940 A (cap. 25.) et *Quaest. nat.* 24 p. 918 A, addito post Σελάνας epitheto δίας. Illic explicationem subjungit, *Jovis nomine aërem intelligi, qui a luna humectatus in rorem vertatur* etc. Hic contra monet: *Ros est pluvia imbecillis ac languida, ut et calor lunae parum est validus; itaque trahit e terra ut sol, sed in altum evehere et pertrahere cum non possit, dimittit.* Posteriori loco legitur θύγατηρ. Meminit et *Macrobius Saturn.* VII, 16 hujus genealogiae. Distinguendum enim est inter translationes mere poeticas, quibus nostrum locum annumerat *Jones De poesi Asiat.* p. 130, et inter personas mythicas, quibus Alcmanem adjunxisse Ersam rectius observat *Creuzerus, Symbol. und Mythol.* T. 2 p. 175. H. Steph. pro ἔρσα habet μέγα; illud vero est apud Ursinum. Ceterum hexametrum scribi velim:

P. Victor. Var. Lect. 14, 17 Conf. Voss. ad Virg. Georg. 3, 337

> Οἷα Διὸς θυγάτηρ Ἔρσα τρέφει ἠδὲ Σελάνας
> δίας.

Notabilis est mythus Atticus de Cecrope agriculturae conditore. Ejus ex Agraulo filiae sunt Ἄγραυλος, Ἕρση et Πάνδροσος (amant enim mythici numerum ternarium.) *Apollod.* III, 14, 2. Hersen amat Minerva, *Marcelli Dedicat. statuae Regillae* V. 54.

XLVIII.

Schol. Ven. A. ad *Il.* I, 222 p. 21. Οὕτως δαίμονας καλεῖ τοὺς θεούς.

ἤτοι ὅτι δαήμονες, ἔμπειροι καὶ ἴδρεις πάντων αὐτοί εἰσιν, ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς Ἀλκμὰν ὁ λυρικός φησι·

Ὃς ἔθεν πάλοις ἔπαλλε, δαίμονας τ' ἐδάσσατο.

τοὺς μερισμούς, τὰς διαιρέσεις αὐτῶν.

Eadem leguntur in *Schol. Leidensibus* a *Wassenberghio* editis, et in iis, quae falso Didymo adscripta sunt, ubi, in Ed. certe Schreveliana, vitiose exaratum est ἔπαλε et δαήμονας, quod correxit Ursinus. Apud Villois. ἔπαλλεν. Praeterea pro διαιρέσεις habet διαιτήσεις. — Δαίμων igitur vel a δαίω, *scio*, vel a primitiva, ut videtur, ejusdem vocis significatione, *partior, distribuo, ordino*, derivatur. Cf. *Lennep. Etym. l. Gr.* p. 167. *Archilochus*, Fr. L. Ed. Liebel. priori utitur sensu: Δαίμονές εἰσι μάχης. *Hesych.* Δαίμων· Δαήμων. *Plato Cratyl.* p. 398 B Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα. Cf. *Etym. M.* V. Αἵμων, quo utitur *Hom. Il.* V, 491, αἵμονα θήρης. Schol. ἐπιστήμονα κυνηγετικῆς. De ὃς Fέθεν v. *Herm. Orphic.* p. 773 sq.

XLIX.

Tzetz. in Iliad. ab *Hermanno* ed. p. 65: Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων τε καὶ οἱ στωικοὶ διαφορὰν ἴσασι δαιμόνων τε καὶ ἡρώων. δαίμονας γὰρ φάσκουσιν ἀσωμάτους εἶναι οὐσίας· ἥρωας δὲ ψυχὰς σωμάτων διαζυγείσας. Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ὅμηρος, Ἡσίοδός τε καὶ Ἀλκμὰν ὁ λυροποιὸς καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ ἀλληλάλλως ταῦτα ἐκδέχονται. *Creuzeri* de hac re disputatio est uberrima in libro doctissimo et bonae frugis pleno *Symbol. und Mythol.* T. III p. 4 sqq. Cf. *Zoeg. Bassiril. di Roma* Tav. LXXXVIII not. 4. Ut ἴσασι hic a Tzetze usurpatum est, sic *Eustathius* supra Fr. XXVIII usus est verbo οἶδε; itidem p. 1633, 1 et 12, multisque aliis locis.

L.

Eustath. in *Il.* III, 39 p. 379, 33. Τὸ δὲ, Δύσπαρι εἶδος ἄριστε, (ὅπερ Εὐριπίδης αἰνόπαρί φησιν, *Hecub.* 945, ὡς καὶ τὴν Ἑλένην δυσελένην διὰ τοῦ ἐξαγγε-

λου Φρυγὸς,) ἀφορμὴν ἐνδίδωκε τῷ Ἀλκμᾶνι μίξαντι ἀμφότερα (sc. δύσπαρι et αἰνόπαρι, non δύσπαρι et εἶδος ἄριστε, unde nata est conjectura Ursini, quam in textum etiam recepit, καλόπαρι) εἰπεῖν·

Δύσπαρις, αἰνόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρῃ.

ὅθεν ἀρχῆς ἐνδοθείσης καὶ αἰνελένην ἕτερός τις ἔφη ἀντὶ τοῦ αἰνὴν Ἑλένην. Eustathius scribit Δύσπαρις καὶ αἰνόπαρις. *Schol. Ven.* p. 88 copulam omittit. Δύσπαρι· Ἐπὶ κακῷ ὀνομαστμένε Πάρι, κακὲ Πάρι. καὶ Ἀλκμάν φησι· Δύσπαρις, αἰνόπαρις κ. τ. λ. Cf. *Apollon. Lex.* V. Δύσπαρι cum Add. p. 763. Homerus habet etiam μῆτις δύσμητις. Similis est forma ἄδωρα δῶρα, de qua v. *Barnes.* ad *Eurip. Med.* 618.

LI.

Schol. Victorianus ad *Il.* XVI, 236 apud *Heynium* T. VII p. 785. Καὶ Ἀλκμὰν γάρ φησι·

Καί ποτ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ὦτα θ' ἑταίρων
Κίρκη ἐπαλείψασα.

οὐ γὰρ αὐτὴ ἤλειψεν, ἀλλ' ὑπέθετο Ὀδυσσεῖ.

Heyn. conjicit Κίρκη ἐπήλειψε, vel Κίρκ' (pro Κίρκα) ἐπαλείψασα, quia ἀλείφω primam habeat brevem. Minime opus. Vid. *F. A. Wolf.* praef. ad *Iliad.* p. LXIX. *Hermann. ad Orph.* p. 687. *Il.* I, 342 Ὀλοῇσι φρεσὶ θύει.

LII.

Draco Stratonic. p. 12. Καὶ αἱ εἰς ας μετοχαὶ ἐκτείνουσι, σπανίως ἐυρίσκεις τὸ α βραχὺ ἔθει Δωρικῷ ἑπομένου φωνήεντος, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ (521) καὶ

Δουρὶ δὲ ξυστῷ μέμηνεν Αἴας αἱματά τε μίμνων.

Ἀλκμάν. Eodem utitur p. 64. *Hermannus* praef. p. XX: „Ut quod Draco duobus locis ex eoque vel alio grammatico Lascaris tradunt, nomen Αἴας ab Alcmane ultima brevi positum esse, magnopere vereor, ne a grammaticorum imperitia repetendum sit, verba Alcmanis tetrametro trochaico acatalectico concludentium, quae sic videntur scribenda fuisse:

Δουρὶ δὲ ξυστῷ μέμνηται Αἴας,
αἱματᾷ τε μέμνων."

C. B. Hasius, Recueil de memoires sur différents manuscrits Grècs de la biblioth. imp. de France 1810. p. 50, huc pertinere ratus ἥματα, *jacula emissa*, suspicatus erat, fuisse ἥματί τε μίμνων. Sed tum praestaret ἥματά τε μίμνων. Nil mutat *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 340. Spondeum certe μίμνων in loco impari non fert trochaicus.

LIII.

Schol. ad *Pind. Olymp.* I, 97. Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμὰν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ. ὁ δὲ Ἀλκμάν· Ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρὸς ἧστ' ἐπιθάκας κατὰ πέτρας ὁρέων μὲν οὐδὲν δοκέων δέ. ἐποίησε δὲ καὶ Ἀρχίλοχος· Μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθη.

Porson. ad *Eurip. Or.* 5 hunc Alcmanis locum sanare jubet eos qui velint aut possint. Nemo certe adhuc eum intellexit. Nam quod Porsonus, et *Jacobsius* in *Anim. in Anthol. Gr.* T. I p. 1. p. 176, conjiciunt: Ὁ δὲ Ἀλκμὰν οὕτως· ἀνὴρ, et quod praeterea Jacobsius finem ita constituit: δοκέων. δ' ἐπτοιήσατο. καὶ Ἀρχίλοχος, id nodum nequaquam expedit. Ursinus in voce ἀσμένοισιν mendum esse reponendumque φθιμένοισι vel ἐνέροισι, seu aliquid tale, opinatur; sed id praeter necessitatem. Eosdem enim inferos ἀσμένους dicere poterat poeta, quippe piaculum non meritos, inter quos, juxta Homerum, a maleficorum puniendorum cruciatibus nondum segregatos, peccator iste versaretur, ipso *laetiorum* conspectu vexatus. In sequentibus Ursin. legit ἧσθ' ἐπὶ θάκας, H. Steph. in Ed. anni 1567 ἧσθ' ἐπὶ θάκας, in Ed. anni 1600 et sequentibus ἧσθ' ἐπιθάκας; uterque ὁρέων. Heyn. ἧστ' ἐπὶ θάκοις. (*Soph. Oed. Col.* 9. θάκοισιν — ἐξίδρυσον.) Nisi utrumque falsum, melius certe est ἐπιθάκας; nam sedes Tantali huc prorsus non facit, saxum ei imminens expressum exspectamus, idque ἐπιθάκα, i. e. ἐπίθημα quoddam, significare potest: Sed minime quadrat ad caetera κατὰ πέτρας. Concedere tamen nolebam, locum omnino depravatum et vel medela vel interpretatione indignum esse. Arbitratus igi-

tur, poetam explicando fabulam et quasi corrigendo, ut Pindarus fecit pluries, monstrum saxi supra Tantalum pendentis evitare et innuere voluisse, non verum fuisse saxum, sed phantasma quoddam non nisi Tantalo visibile, primum conjeci ἐπιθεῖναι, (quum primi aoristi infinitivo, ἐπιθῆκαι, non utantur Graeci scriptores) conjungens κατὰ et ὁρῶν, quia, docente *H. Stephano*, καθορᾷν, ut κατιδεῖν, non solum valet *despicere*, deorsum, et *perspicere*, sed aliquoties etiam *conspicere*; οὐδὲν accepi pro ἐν, uti saepius adhibetur, et sic verti: *Ut vir scelestus inter laetos sedebat*, (ἧστο, ἦτο) *imponi sibi rupem non videns quidem, sed*, (se videre) *opinans.* Sed haec neutiquam satisfaciebant. Dubitavi tum, rectene Schol. Pindari locum Alcmanis huc traxerit, an minus, quum majorem hujus de Tantali poena fabulae adornandae deprehenderem diversitatem, quam qualem vulgo supponant. Duobus enim tantum modis eam tractatam esse creditur, ab Homero primum, aut quicunque auctor fuerit loci *Odyss.* XI, 567 — 626, quem ut spurium notarunt critici veteres; tum a lyricis. Quorum qui secuti sunt traditionem, minus eam vulgarem, Graeci scriptores, eorum locos collegit *Jacobs. Anim. in Eurip.* p. 10, quibus loco supra citato plures alios addidit, et *Porson. ad Eurip. Or.* 5. Quidam utrumque poenae genus conjunxerunt, ut praeter eos, quos laudavit Porsonus, *Hyginus*, *Fab.* 82, et serioris aevi grammaticus in prologo *Clytaemnestrae* Sophoclis nomini suppositae. At major est differentia eorum, qui saxum Tantalo imminere tradunt, inter se, quam inter ipsos et Homerum. *Euripides* enim, in prologo *Orestis*, Tantalum *apud inferos* poenas luentem facit:

Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην.

Pindarus autem *Olymp.* I, 90, cf. *Isthm.* VIII, 21, quem plurimi et veterum et recentiorum idem opinati sunt supplicii genus indicasse, de poena potius cogitat, ut et ex contextu, et ex singulis verbis patet *),

---

*) Vs. 97. μετὰ τριῶν τέταρτον unico vere interpretatur Heynius. Pariter haec verba cepisse videtur Boeckhius noster in notis criticis.

quam vivus fuerit, qualem et *Reditus Atridarum* auctor apud *Athen.* VII p. 281 B describit: Ἀφικόμενον αὐτὸν λέγει πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ συνδιατρίβοντα, ἐξουσίας τυχεῖν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι ὅτου ἐπιθυμεῖ. τὸν δὲ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἀπλήστως διακείμενον ὑπὲρ αὐτῶν τε τούτων μνείαν ποιήσασθαι καὶ τοῦ ζῆν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θεοῖς. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία, τὴν μὲν εὐχὴν ἀποτελέσαι διὰ τὴν ὑπόσχεσιν· ὅπως δὲ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ διατελῇ ταραττόμενος, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὃν οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν οὐδενός. Sensus fabulae, etsi alio modo immoderatum et intemperantem illum facit Pindarus, ab hujus ratione non abhorret. Jam huc et Alcmanis fragmentum pertinere et hinc demum initium ejus lucem nancisci videtur. Etenim ἀρμένοισιν neutrum est, non masculinum. Forte scribendum ἄνως ὁ ἐν ἀρμένοισιν. De Tantali deliciarum et voluptatis amore, quem Homero quoque in eligendo punitionis genere ob oculos versatum esse credidit non nemo veterum, plura dabit *Eustath.* p. 1700, 50. Aliam denique quarto loco ponimus narrationem, servatam eam ab *Anton. Liber.* 36. Τάνταλον δέ, inquit, ἐπεὶ τὸν ὅρκον ἐψεύσατο (canem aureum ejuraverat, quem Pandareus ex templo Cretensi suffuratus custodiendum ei dederat) κατέβαλε καὶ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον (sc. ἔβαλε) Corrupta sunt verba καὶ περὶ αὐτόν; sed restituta esse a *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 95, scribente: ἐπηώρει αὐτῷ, nec persuadere mihi possum et miror Jacobsium ei adstipulatum, et Porsonum saxum adeo cum monte Sipylo confundentem. *Bastius* contra ad illum l. hanc Koenii conjecturam sibi quidem nunquam probari potuisse ait. Mons super Tantalo suspensus non nisi comici mythologos irridentis commentum esse posset. Immo Jupiter Tantalo imposuit et inflixit Sipylum, uti perspicue declarant rem *Schol. Pind.* l. c. et *Eustath.* ad *Od.* XI, 582 p. 1700, 21. Τὸ ὄρος αὐτῷ ἐπικαταστραφῆναι φασὶ ὑπὸ Διός, (cf. *Plutarch. Adv. Stoicos* p. 1059 C. Cap. 2. Εἰ δὲ οἱ ποιηταί σε πείθουσι, λέγοντες, ὡς ἐκ θεῶν προνοίας ὑπερκρέμαται ἴσχει ἡ παλαιὰ Σ. τὸν Τ. κολαζόντων) — Sipylumque Tantalum abscondisse diserte scribit idem *Eustathius* p. 1701, 17, et inde explicat *Sophoclis* Ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε τανταλωθείς, (*Antig.* 134) τὸ τοῦ Ταντάλου πάθος, ἄνωθεν κάτω πεσὼν κατὰ γῆς ἀντιτύπου. (Hinc vel ex simili fabula fluxit formula proverbia-

lis: ἐνδ' ἐν μοι Τμῶλος ἔπεστι κάρη. *Theogn.* 1023; eademque transiit in imaginationem Orestis apud *Eurip. Iphig. T.* (279.) 290) Tum pergit: Ὅτι δὲ φαντασίην ἐν (quae Ulysses de Tantali poena apud inferos refert) καὶ τὰ ἐπὶ Σισύφῳ μυθευόμενα πλάσματα, δηλοῖ καὶ ὁ Ἀλκμὰν ἐν τῷ ὁρέοντι μὲν οὐδὲν δοκέοντι δέ. Simul observat, vulgo quidem dici ὁράω, saepe tamen ὁρέω, ab Alcmane vero etiam ὁρέω. Ceterum vides, eum confudisse phantasmata Ulyssis oculis oblata (ut infra explicat: διὸ καὶ sc. Sisyphus adspicienti, φαντασίαν τοιαύτην ἐν Ἅδου πέμπει) et fallacem speciem soli Tantali menti obversantem, de qua loquitur Alcman. Verum ea certe confirmat, quae de totius fragmenti sensu et antea subodorari visi nobis eramus, ita ut, quacunque tandem ratione verba ἧστ' ἐπιθάκας κατὰ πέτρας emendanda sint, in similem atque supra adumbravi sensum interpretari possimus: *Ut vir insolens in laetissima rerum abundantia versabatur, lapidem superne appensum decidere non videns quidem, sed semper metuens, ne delaberetur.* Poena igitur similis erat phantasmatum, quibus Orestes territatur apud *Aeschyl. Choeph.* 1045, ubi cum τινὰς δόξας στροβοῦσιν, et *Eurip. Electr.* 1342. *Iphigen. T.* 285 (274.) In versus Alcmanica verba sic forte alicui ordinare placebit:

Ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρὸς
ἧστ' ἐπιθάκας κατὰ πέτρας ὁρέων μὲν οὐδὲν,
δοκέων δέ.

Trimet. iamb. hypercat. quo versu aliquoties usus est Aristophanes, cum choriambico tetrametro acatal. Prima vocis ἀλιτηρὸς longa, ut in ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀπάλαμνος similibusque.

LIV.

Aelian. Var. Hist. XII, 36. Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἓξ λέγει καὶ τοσαύτας κόρας, Λᾶσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει, Ἡσίοδος δὲ ἐννέα καὶ δέκα, εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ', ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται αὐτοῦ. Ἀλκμὰν δέκα φησί· Μίμνερμος

ἔικοσι, καὶ Πίνδαρος τοσούτους. Cf. *Heyn.* ad *Apollod.* III, 5, 6. §. 1. deque numero liberorum Niobes fusius disputantem *Cuper. Observ.* Lib. III, 17. In anaglypho marmoreo *Musei Pioclement.* T. IV tab. 17 septem filiae, filii tantum sex numerantur.

LV.

Aelianus Hist. Animal. XII, 3. Ὁμήρῳ μὲν οὖν φωνὴν Ξάνθῳ τῷ ἵππῳ δόντι συγγνώμην νέμειν ἄξιον· ποιητὴς γάρ. καὶ Ἀλκμὰν δὲ μιμούμενος ἐν τοῖς τοιούτοις Ὅμηρον οὐκ ἂν φέροιτο αἰτίαν· ἔχει γὰρ ἀξιόχρεων ἐις μίμου τὴν πρωτίστην τόλμαν. Cf. *Heyn.* ad *Il.* XIX, 407. Tom. VII p. 699. Sic quum *Homerus Il.* XXI, 237 cecinisset, Scamandrum cum Achille certasse mugientem tanquam taurum, *Archilochus* (Fr. CXXIX ex Ed. Liebel.) Acheloum finxit tauriformem cum Hercule luctantem.

LVI.

Strabo I p. 43 (p. 115 Siebenk.) Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, ἡμίκυνας λέγοντος καὶ μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι. οὐδ' Ἀλκμᾶνος στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ' Αἰσχύλου κυνοκεφάλους καὶ στερνοφθάλμους καὶ μονομμάτους.

Similiter Lib. VII p. 299 (357 Siebenk.) disputat Strabo adversus Apollodorum Atheniensem, quippe qui Homerum finxisse de locis longinquis falsa judicaverit libro secundo Περὶ νεῶν. Respicit ad nostrum locum *Tzetza Chil.* VII, 761. „Στεγανόποδας, *latipedes.* Fortassis eos dicit, qui ita lato pede perhibentur in India esse, ut supini recumbentes ejus umbra totum corpus tegant atque ab aestu solis tueantur. Neque id suspicor tantum rei fabulosae mentione ductus et vocis στεγανὸν adjutus significatione, sed analogiam etiam secutus eorum animalium, quae Suidas ac Favorinus στεγανόποδα ajunt appellari, quod latos et non in ungues diffisos habeant pedes, ut sunt olores, pelicani, anseres, anates." XYLAND. Oppositum est σχιζόποδος.

LVII.

Schol. brev. ad *Il.* III, 250. Μήτηρ δὲ Πριάμου, ὥς φησι Πορφύριος ἐν τῷ Περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων, κατὰ μὲν Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιὸν, Ζευξίππη, κατὰ δὲ Ἑλλάνικον, Τρυμώ. Στάμις δ' ἐν τῷ Περὶ Λέσβου φησὶ Θοόσαν τὴν Τεύκρου.

LVIII.

Plutarch. De musica p. 1133 A. (Cap. 5.) Τοῦ δὲ Πολυμνήστου (Colophonii, poetae) καὶ Πίνδαρος (*Fragm.* p. 89 Heyn.) καὶ Ἀλκμὰν οἱ τῶν μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν. De Polymnesto vid. *ibid.* cap. 3. 8. 9. 11. *Pausan.* I, 14. *Hesych.* V. Πολυμνήστιον. *Suid.* Πολύμνηστος cf. *Küster.*

LIX.

Schol. ad *Pind. Isthm.* I, 56. Τοῦτο οὖν φησίν· ὁ παθὼν καὶ τῷ νῷ προμαθὴς γίνεται. Ἀλκμάν·

Πεῖρά τοι μαθήσιος ἀρχά.

καὶ Ὅμηρος· Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Hom. Il. XVII, 32. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Illud est *Hesiodi Op. et D.* 217. Similia adducit *Schol. Plat.* p. 53 Ruhnk. Quibus ex *Theognide* 572 (584) addi possit:

Δόξα μὲν ἀνθρώποισι κακὸν μέγα, πεῖρα δ' ἄριστον.

Idem Theognis quammaxime frequentat particulam τοι, quam tragici quoque, monente *Porsono* ad *Hec.* 232, in gnomis amant.

LX.

Heynius ad *Il.* XXII, 305. Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. „Mirum acumen Schol. B. et Leidens. V. T. (de quo v. T. III p. LXXIV) λείπει τὸ ἀγαθόν. ὡς Ἀλκμάν·

Μέγα γείτονι γείτων.

(quod fere *Pind. Nem.* VII, 128. Τί φαίμεν κε γείτον' ἔμμεναι γείτονι; χάρμα πάντων ἐπέξιον.) ἢ κακὸν τὸ εἰς πολεμίους. ὡς· Σύν τι μεγάλῳ ἀπετίται (IV, 161) καὶ Ἔπαθον μέγαλα (*Olymp.* II, 40) Quidni dicamus, μέγα τι esse simpliciter magnum aliquod et strenuum facinus, ut apud *Virgil.* IX, 186?" Cf. *Sylburg.* ad *Theogn.* 509 Bekk.

LXI.

Schol. ad Aristidis Orat. Plat. De IV viris Tom. II p. 138 Jebb. Ὁ Κρὴς δὲ τὸν πόντον φησί τις. Verba sunt Aristidis, ad quae Schol. Παροιμία ἐπὶ τῶν εἰδότων μέν, προσποιουμένων δὲ ἀγνοεῖν. ἀντὶ τοῦ, ὁ νησιώτης ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν. λέγει δὲ ἡ παροιμία καὶ οὕτως· Ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν. Σῦκας (ita etiam apud Urs. Lege σῦκας) γάρ φησί τις Σικελὸς ἐμπορευόμενος καὶ ναυαγήσας, εἶτα ἐκπεσών, ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος, ὡς γαληνιάζουσαν εἶδε τὴν θάλατταν, οἶδά φησιν ἃ βούλει καὶ θέλεις. Ἀλκμὰν δὲ ὁ λυρικὸς μέμνηται τῆς παροιμίας.

Ita haec leguntur in Cod. MS. bibliothecae Leidensis, ex quo *Creuzerus*, vir celeberrimus, quum Leidae versaretur, in usus meos benevolentissime quaedam excerpsit. Similiter *Zenobius* V, 51. *Diogenian.* VII, 6. *Apostolius* XIV, 87 et *Suid.* V. Ὁ Σικελικὸς τ. θ., qui omnes, quod in scholiis depravatum est, bene exhibent: οἶδά φησι ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις. Alcmanis solus meminit Apostolius. Idem et Diogenianus pro γαληνιάζουσαν; ἐν γαλήνῃ, γαληνιῶσαν, quod est apud caeteros, habent ἀγριουμένην. Quorum utrumvis legas, perinde est. In eo autem plurimi, credo, mecum sentient, quod priorem proverbii interpretationem unice veram esse alteramque narratiunculam, nisi merum grammatici cujusdam commentum sit, minime gentium pertinere ad proverbium *Siculus mare.* Quod quo sensu acceperit Aristides, ex iis apparet, quae Schol. editus adjungit: Δηλοῖ δὲ ὅτι εἰδὼς Περικλέα προσποιεῖται ἀγνοεῖν.

LXII.

Id. ibid. p. 206 Cum *Aristides* dixisset in *Themistocle*, Ἔστω τὸ γειτόνημα ἁλμυρόν, ὥς φησιν Ἀλκμάν, annotat: Γειτόνημα ἁλμυρόν. Ἀλκμὰν ὁ λυρι-

κὸς τοῦτο εἶπεν· ἁλμυρὸν τὸ γειτόνημα, ἀντὶ τοῦ, κακόν ἐστι γείτονα ἔχειν τὴν θάλασσαν. ἢ ὅτι ἡ λέξις Πλατωνική ἐστι. *Plato* ad Alcmanis dictum alludit *De Legg.* IV. p. 705 A. Πρόσοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ, τὸ μὲν παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδύ, μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα. *Apostolius* II, 54 inde format proverbium: Ἁλμυρὸν γειτόνημα ἔκβαλε πόρρω, item citans et Platonem et Alcmanem.

LXIII.

Strabo XII p. 580 (T. V p. 247 Siebenk.) Λέγεται δέ τινα φῦλα Φρύγια οὐδαμοῦ δεικνύμενα· ὥσπερ οἱ Βερέκυντες. καὶ Ἀλκμὰν λέγει·

Φρύγιον ηὔλησε μέλος τὸ Κερβήσιον.

καὶ βόθυνός τις λέγεται Κερβήσιος, ἔχων ὀλεθρίους ἀποφοράς· ἀλλ' οὗτός γε δείκνυται· οἱ δ' ἄνθρωποι οὐκέθ' οὕτω λέγονται. *Hesych.* Κερβισίων· Ἔθνος ἐχόμενον Λυδῶν.

LXIV.

Hephaest. De Metris p. 22. Τῷ δ' ἑφθημιμερεῖ (δακτυλικῷ κέχρηται) Ἀλκμάν·

Ταῦτα μὲν ὡς ἂν ὁ δῆμος ἅπας.

LXV.

Apollon. Dyscol. De pronom. ed. *Bekker.* in *F. A. Wolfii et Buttmanni Mus. Antiqu. Studior.* Vol. I p. 324 (In excerptis Vossianis ad calcem *Maittairii De dial.* p. 421 B.) Δωριεῖς ἐγών (pro ἐγώ) — Οἱ αὐτοὶ Δωριεῖς ἐγώνγα καὶ ἐγώνη·

Οὐ γὰρ ἐγώνγα, ἄνασσα, Διὸς θυγατέρ, —

Ἀλκμάν.

Pro ἐγώνη Is. Voss. scripserat ἐγώνγη. Pag. 423 B tamen illud dedit immutatum. Sic Dorice dicebatur etiam ἔμωνγα, apud Tarentinos ἐμίν. Pag. 364 Bekk. Sic τέγα Laconum, v. *Valcken.* in *Adon.* p. 218 B.

LXVI.

Id. Ibid. p. 334. Αἱ διάλεκτοι ἀφαιροῦσι καὶ πλεονάζουσιν, ἱορτή, ὀρτή, θίλω, λῶ, τρόμος, τίτρομος, ἐγώ, ἐγώνη, ἀλλὰ καὶ Ἀλκμὰν πρώτῳ·

Μάκαρς ἐκεῖνος

φησί. Reitz. p. 423 B. ediderat — Ἀλκμᾶν· ἅμα καρς' ἐκεῖνος φησίν, unde *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 575 ἆ μάκαρς. Equidem fuisse suspicor ἐν ά· μάκαρς. In *Solonis* disticho, quod est p. 76 Gnomicorum Brunckii, Hertel. et Sylburg. legunt μάκαρς, quod Brunckius, ne monito quidem lectore, in μάκαρ mutavit. — Tum pag. 335 (Reitz. l. l.) Αἰολεῖς, κῆνος. — Δωριεῖς, τῆνος — σπανίως διὰ τοῦ ε. Καὶ κεῖνος ἐν σάλεσιν πολλοῖς ἥμενος. Ἀλκμάν. *Hephaest.* p. 2 inter alia exempla vocum in duas consonantes desinentium (quo referendum πτέρυξ apud Alcmanem, Fr. CVII.) sine Alcmanis nomine: Κάκεινος (scribe καὶ κεῖνος) ἐν σαλέσιν ἥμενος ἀνήρ. Vides alterutrum memoriter et parum accurate citasse. *Schneiderus* in *Lex. L. Gr.* novam formam agnoscit τὸ σάλος pro masculino ὁ σάλος, quam vocem non ab ἅλς, sed a σάω, *agito*, derivandam esse putat. Perperam. Eadem harum formarum ratio est quam ἰθεῖν et σἰθεν, ἕρπειν, *serpere* totque aliorum vocabulorum. Vide *Kanne Verwandtsch. der Griech. und Deutsch. Spr.* p. 142 sq. *Valcken. in Adoniaz* p. 276 C. (Sic in nostra lingua imperatorum Suevicorum tempore *swen*, *swi*, *swo*, *swer*, *swas*.) Vir eruditus in *Ephemeridibus Gottingensibus* a. 1812 Nr. 165 trimetrum jamb. effinxit:

Μάκαρς ἐκεῖνος ἐν σάλησιν ἥμενος.

Particulam ἆ indubitanter rejiciemus. At μάκαρς et ἐν σάλησιν ἥμενος, minime inter se consentire, nec ipsae quidem voces σάλη et ἥμενος, *sedens in fluctibus, agitationibus animi sive curarum*, bene inter se congruere videntur. Critico Gottingensi ob oculos fuit, credo, *Etymologus* p. 151. Ἀσαλής· Ἡ ἄφροντις, ἡ μηδενὸς φροντίζουσα· σάλη γὰρ ἡ φροντίς. ἀσαλὴς, ὁ ἀμέριμνος. Αἰσχύλος· Ἀσαλὴς μανία. οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Ἀπολλόδωρος. καὶ γὰρ ἀσταλίαν (i. e. ἀσταλείαν) ὁ Σώφρων τὴν ἀμεριμνίαν καὶ ἀλογιστίαν καλεῖ. Enimvero tenendum est, metaphorice tantum haec significari, nec diversam esse

vocem σέλη ab σάλος, ζάλος, ζάλη, (de quibus v. *H. Steph.* in indice *Thesauri* p. 1004) *salum.* Quare conjeci σαλέεσσι pro θαλίαισι (v. Fr. XXXV.) i. e. secundum *Suidam*, τρυφαῖς, ut in isto versu: Τὸν μὲν ἐγὼ θαλίαισιν ἀνέτρεφον, a θάλλειν, unde sensu arctiori θάλεια, *convivium.* Praeterea fragmentum μάκαρς ἐκεῖνος a trimetro sejungendum censeo. Scripsit igitur Alcman ut plurimum quidem κεῖνος, sed etiam ἐκεῖνος; sic Pindarus, teste *Boeckhio* in Praefatione ad *Pind.* p. XXXIV, semel scripsit ἐκεῖνος, ceteris locis κεῖνος, nec unquam κἀκεῖνος sed semper καὶ κεῖνος. Cum trimetro

Καὶ κεῖνος ἐν σαλέεσσι πολλοῖς ἥμενος

confer illud apud *Schol. Pind. Ol.* I, 97 (Fr. LIII) Ἐν ἀσμένοισιν ἧστο.

LXVII.

Id. ibid. p. 356: Ἡ σέο μεταβάλλει τὸ σ̄ εἰς τὸ τ̄ παρὰ Δωριεῦσιν. Ἀλκμάν·

Ἐμὲ Λατοίδα τέο δ' αχοσχορον.

καὶ ἔτι τεῦ. Apud Reitz. p. 425 A. omnia monstrosa: εμιλατο εματι οδ' σχοσχορον.

LXVIII.

Id. ibid. p. 365: Ὀρθοτονεῖται δὲ καὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι, (τοί) συνήθως Δωριεῦσιν·

Ἄδοι Διὸς δόμῳ ὁ χορὸς ἁμὸς καὶ τοί, Fάναξ.

Reitz. p. 426 C. conjecit ἀδύ.

LXIX. LXX. LXXI.

Id. ibid. p. 366. Ἡ σὲ ὁμοίως πρὸς πάντων κοινή. Δωριεῖς διὰ τοῦ τ̄. Εἰς τὸ καταῤῥεῖ. Θεόκριτος. (I, 5.) —

Πρὸς δὲ τὲ τῶν φίλων.

Ἀλκμάν. καὶ ἔτι μετὰ τοῦ ῑ.

Τὶ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ δαμάσαι.

καὶ ἔτι κοινῶς·

Σὺ γὰρ ἄζομαι.

Reitz. p. 427 B. Ἀλέξανδρα et ἄζομαι. Duo posteriores versiculos quod Alcmani adscripsi, calidius factum esse video, quum jam in fragmentorum numeris nil mutare possum.

LXXII.

Id. ibid. p. 378 (p. 428 D Reitz.) Ἄμες Δώριον. Ἀλκμάν·

Ὡς ἀμὲς τὸ καλὸν μέλισκον.

ἐνκ ἐπίληπτος δὲ ἡ τάσις, καθὸ τὰ πτωτικὰ ἀπίστρεπται τὴν εἰς τὸ ες ὀξεῖαν, κ. τ. λ.

LXXIII.

Id. ibid. p. 381. Ἡ ἀμῶν παρὰ Δωριεῦσι καὶ σύναρθρον γενικὴν σημαίνει ἀκόλουθον τῇ ἀμός· τῇ μέντοι διαιρέσει ἡ πρωτότυπος διαλλάσσει τῆς κτητικῆς, οὐκέτι τὸ αὐτὸ ἀναδεχομένης. Ἀλκμάν·

Ὅσαι δὲ παῖδες ἀμέων
ἐντί, τὸν κιθαριστὰν αἰνέοντι.

Reitz. p. 429 B. pro ἐντί, i. e. εἰσί, (*Hesych.*) ἐν τί.

LXXIV. LXXV.

Id. ibid. p. 383. Ἡ ἀμῖν Δωρικὴ ἐγκλινομένη συστέλλει τὸ ῑ, ἐν οἷς προπερισπᾶται·

Αἰ γὰρ ἆμιν τούτων μέλοι·

ὀξυνομένη τι·

Ἀμὶν δ' ὑπαυλήσει μέλος.

Ἀλκμάν.

Reitz. p. 430 A. τούτων μένοι. *Koen.* ad *Greg. Cor.* p. 234 conjecit τωὐτῶ μέλοι, *si enim nobis eadem res curae sit.* Eodem modo *Valck.* ad *Theocr. Adoniaz.* p. 237, nisi quod αἰ γάρ explicat *utinam.* Idem in apographo Ruhnkeniano recte legi testatur μέλοι et ὀξυνομένη τι· Τωὐτῶ placet

et *Bastio* ad *Greg.* l. c. Valckenarius haec verba Sophronis fuisse arbitratur, quem ubique in opere suo Apollonius in usum vocet. Mihi tamen, ut et aliis, hic quidem Alcmanis nomen ad utrumque locum pertinere visum est. Alterum fragmentum, quod male distractis litteris legebatur apud Reitzium, restitutum fuit a Valckenario. *Cantantibus tibia modos nobis accinet.* Cf. Fr. LXXXVI.

LXXVI. LXXVII.

Id. ibid. p. 396. cf. p. 366. (p. 432 C, Reitz.) Αἰολεῖς μετὰ τοῦ F κατὰ πᾶσαν πτῶσιν καὶ γένος. Τὸν ἑὸν (leg. Fὸν) παῖδα καλεῖ. Σαπφώ. καὶ Ἀλκμὰν δὲ, συνεχῶς αἰολίζων (*Valck.* ad *Theocr. Adon.* p. 204 C. συνεχῶς in συχνῶς mutari vetat, ratione non addita. Equidem verba συνεχῶς αἰολίζων, ad id de quo nunc agitur, digamma scilicet Aeolicum, restringenda esse arbitror.) φησί·

Τὰ ἑὰ (leg. Fὰ) κάδεα

i. e. κήδεα. *Priscianus* Lib. I p. 540: „*Inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman:*

Καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον

(apud Ursin. mendose δάξιον) *est enim trimetrum jambicum proferendum f. ut faciat brevem syllabam.*" Rectius p. 547: „*Hiatus quoque causa solebant illi interponere digamma, quod ostendunt etiam poetae Aeolidae usi* (l. uti) *Alcman* καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον." Illud explosit *Dawes. Misc. crit.* p. 169. Vgl. Zeitschr. f. vergl. Sprachforschg 1858. 7 Bd. 2. Heft S. 91.

LXXVIII. LXXIX.

Id. ibid. p. 399. (Reitz. p. 423 A.) Πλεῖστα γοῦν ἔστι παρ' ἑτέροις εὑρεῖν, σφέτερον πατέρα, ἀντὶ τοῦ ὑμετέρου — Ἀλκμάν·

Ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως.

Σφεὰ δὲ προτὶ γούνατα πίπτω.

Sejungenda esse haec, ita ut a me factum, viderat Reitz. In Cod. est ποτὶ γούνατα.

LXXX.

Id. ibid. p. 402 (Reitz. p. 433 A.) Τὸ

Σφεᾶς ἔειξε χώρας

(i. e. ὑπεχώρησε χώρας σφετέρας) παρ' Ἀλκμᾶνι πλεονάζει. εἴρηται ὡς τό· Ἦτοι γὰρ πάτερ' ἁμὸν (*Il.* VI, 414.)

Cramer. Anecd. Paris. 4. 181.

In Cod. est σφεασι εἶξεν. Alcmanis verba plenius, sed non minus corrupte exhibet *Albertus* ad *Hesych.* V. Σφίας, ex Cyrilli Lex. MS. Εἶκω· Τὸ ὑποχωρῶ. ὅθεν καὶ τό. ὅπως ἂν ὑποχωρεῦμεν. ὡς Ἀλκμάν·

Τὸ δὲ γύναι ταμίας σφίας εἶξε χώρας.

LXXXI.

Id. ibid. p. 403. (Reitz. p. 433 B.) Πάλιν δὴ ὁ Ἀλκμὰν τὸ σφίας ἀντὶ ἑνικοῦ ἔταξε·

Καὶ τὸ σφοῖς ἀδελφιδέοις καραν καὶ φόνον.

Bast. ad *Greg. Cor.* p. 900 κᾶρα καὶ φόνον, *mortem et necem.*

LXXXII.

Id. apud Reitz. p. 435 C. (ex libro De adverbiis.) Ἑξῆς ῥητέον ὅτι καὶ περὶ τοῦ ῥά. Ἀλκμάν·

Τίς ἄν τις ποκα ῥα ἄλλα νόον ἀνδρὸς ἐπίσποι.

ὅπερ ἐν πάθει προφανεῖ ἐστίν. ἡ γὰρ μακρότης τῆς ᾱ ἀλλοτρία τῆς προλελεγμένης καταλήξεως.

Pro ῥά scripsi ῥᾶ, i. e. ῥᾴδιον, quo usi sunt Jon et Sophocles, teste *Strabone* VIII p. 364, cf. *Ruhnk.* in *Epist.* crit. I p. 172 Ed. noviss. *Greg. Cor.* p. 574. Ἄλλα, pro ἄλλῃ, v. *Maittair.* p. 244 B, cum digammate scribendum.

LXXXIII.

Id. Syntax. L. III p. 211 Ed. Wechel.

Νικῷ δ' ὁ κάῤῥων.

Melior vel *fortior victoriam adipiscatur.* De Dorico κάῤῥων v. *Valcken.* in *Adoniaz.* p. 303 C.

LXXXIV.

Athen. III p. 81 D. Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει — καὶ Ἀλκμάν.

LXXXV.

Id. ibid. F. Ἀλκμὰν δὲ τὸ στρούθιον μῆλον ὅταν λέγῃ·

Μεῖον ἢ κοδύμαλον,

Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Σωσίβιος τὸ Κυδώνιον μῆλον ἀκούουσιν. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ Κυδώνιον μῆλον τοῦ στρουθίου σαφῶς εἴρηκεν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ β' τῆς Ἱστορίας.

LXXXVI.

Id. XIV p. 624 B: Ταύτην δὲ τὴν ἁρμονίαν (Phrygiam sc.) Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίσαντο. διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐλητὰς Φρυγίους καὶ δουλοπρεπεῖς τὰς προσηγορίας ἔχειν (ἱστόρησεν ὁ Θεόφραστος.) οἷός ἐστιν ὁ παρὰ Ἀλκμᾶνι Σάμβας καὶ Ἄδων καὶ Τῆλος.

Poetas ante Melanippidis tempora tibicines habuisse sua sibi mercede conductos, auctor est *Plutarch. De Musica* p. 1141 C. (Cap. 30.) Cf. Fr. LXXV. Αὐτὰρ ἐμοὶ σὺ αὔλει. *Theogn.* 1055. Apud eundem saepiuscule ὑπ' αὐλητῆρος, μετ' αὐλητῆρος ἀείδειν.

LXXXVII.

Id. ibid. p. 636 F: Δοῦρις δ' ἐν τῷ Περὶ τραγῳδίας ὀνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος (MS. Ep. Μάγδου) Θρᾳκὸς γένος. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς

τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφῇ· ὃ νῦν φησὶν ἡμεῖς λέγομεν ψαλτήριον, τοῦτ' εἶναι μάγαδιν. — Καὶ Ἀλκμὰν δὲ φησί·

Μάγαδιν δ' ἀποθέσθαι.

Eadem vox occurrit in loco Sophocleo et in versu Telestis, quos Athenaeus affert.

LXXXVIII.

Stephanus Byz. V. Αἰγιαλός. — Τὸ θηλυκὸν (gentile) Αἰγιάλεια καὶ Αἰγιαλίς παρὰ Ἀλκμᾶνι. καὶ αἰγιαλίτης ἀρσενικῶς.

LXXXIX.

Id. V. Ἀγνίχωρον μέμνηται Ἀλκμάν.

XC.

Id. V. Ἀῤῥύβα. — Τὸ ἐθνικὸν Ἀῤῥύβας. οὕτω γὰρ Ἀλκμάν.

XCI.

Id. V. Ἄσσος. — Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων Μιτυληναίων ἄποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἄσσον, ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος. *Plin. H. N.* XXXVI, 17 ubi cf. *Salmas.*

XCII.

Id. V. Γάργαρα. — Ἀλκμὰν δὲ θηλυκῶς τὴν Γαργαρόν φησιν.
Ut ἡ Πέργαμος et τὸ Πέργαμον vel τὰ Πέργαμα.

XCIII.

Id. V. Γραικός· Ὁ Ἕλληνος, ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλοῦ υἱός. ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. — τὸ δὲ Γραῖκος τὸ κύριον βαρύνεται. τὸ δὲ ἐθνικὸν ὀξύνεται. λέγεται καὶ Γραικίτης καὶ Γραικὶς τὸ θηλυκόν. Γραῖκες δὲ παρὰ Ἀλκμᾶνι αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες· καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν.

XCIV.

Id. V. Ἰσσηδόνες· Ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἀσσεδόνας αὐτούς φησιν. εὑρίσκεται καὶ ἡ δευτέρα γραφὴ παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ῑ.

XCV.

Id. V. Πιτύουσσαι· Νῆσοι διάφοροι, ἃς Πιτυώδεις καλεῖ Ἀλκμάν. Iisdem verbis utitur *Eustath.* in Il. p. 355 lin. ult.

XCVI.

Hesychius V. Ἄανθα. Εἶδος ἐνωτίου παρὰ Ἀλκμᾶνι ἢ (forte καὶ) Ἀριστοφάνει, qui scilicet Laconem quendam induceret. Cramer. Anecd. Gr. Paris. 4. 84.

XCVII.

Id. V. Ἀποστάς· Φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς. καὶ Ἀλκμάνη. Stanlejus legi jubet Ἀλκμάν, cum nullibi, hoc excepto loco, reperiatur haec tragoediae Aeschyleae epigraphe, quam vero rationem non sufficere monuit Kusterus.

XCVIII.

Id. V. Νηρεύς. Θαλάσσιος δαίμων. Ἀλκμὰν καὶ Πόρκον ὀνομάζει. Πόρκευς est piscator, a quodam retium genere πόρκος sic dictus. Inde πόρκυς, φόρκυς.

IC.

Etymolog. Magnum V. Ἄζω. — ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Περὶ παθῶν λέγει, ὅτι παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἅγος, ἁγίζω. καὶ κατὰ συγκοπὴν ἅζω, ὡς σκίλος σκιλίζω, τεῖχος τειχίζω. πόθεν δὲ δῆλον; ἐκ τοῦ τὸν Ἀλκμᾶνα εἰπεῖν ἁγίσδεο ἀντὶ τοῦ ἅζεο. Dorice pro ἅζη dicitur ἅσδα. Vid. *Valcken.* in *Adon.* p. 292 C.

C.

Ibid. V. Ἄυσιν· Καὶ ὁ μὲν Ἴβυκος ἄυσιν λέγει, οἷον· Οὐ γὰρ ἄυσιν παῖς Τυδέως· ὁ δὲ Ἀλκμάν·

Ταύσία παλλακίω.

ὁ δὲ ποιητὴς, κατὰ διάστασιν καὶ τροπὴν τοῦ α εἰς η. οἷον· Τηύσιην ὁδόν. οὐδεὶς γὰρ τὸν σχηματισμὸν αὐτοῦ κατώρθωσεν. ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι, ὅτι πρῶτον τὸ παρ' Ἰβύκῳ, δεύτερον τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι, τρίτον τὸ παρὰ Ὁμήρῳ κατα διάστασιν. οὕτως Ἡρωδιανὸς Περὶ παθῶν.

CI.

Ibid. V. Γεργύρα· Ὁ ὑπονόμος, δι' ὧν τὰ ὕδατα φέρεται τὰ ὄμβρια, γεώργυρά τινα ὄντα, τὰ ὑπὸ τὴν γῆν ὀρύγματα· καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ μετάθεσιν καὶ διπλασιασμὸν γεργύρα. ζήτει εἰς τὸ Γόργυρα. ὁ δὲ Ἀλκμὰν διὰ τοῦ ε γεργύρα φησί.

CII.

Ibid. V. Ἥδυμος. — τὸ συγκριτικὸν ἡδυμώτερος, καὶ Ἰωνικῶς ἡδυμέστερος, ὡς ἀνιαρότερος, ἀνιαρέστερος· τὸ δὲ ὑπερθετικὸν ἡδυμέστατον, Ἀλκμὰν ἔφη.

CIII.

Ibid. V. Καλά· Τὸ καλὰ παρὰ Ἀλκμᾶνι ἐστὶν, οἷον·

Καλὰ μελισδομέναι.

CIV.

Ibid. V. Κέρκος· Θηλυκῶς σκεῦος τι ὥσπερ καὶ τρίπους, ἡ θύρα χαλκῆ. οὕτως ὁ Ἀλκμὰν ἐχρήσατο. *Zonar. Lex.* V. Κερκόλυρα. οὕτως ὁ Ἀλκμὰν ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ κερκόλυρα, ἠχητικὴ λύρα. τὸ γὰρ κρέκε, κρέκε ἦχος ἐστι τῆς κιθάρας. Ad quem l. *Tittmannus* suspicatur, apud Etymologum ante ἡ θύρα excidisse, ut saepius, caput novi articuli: Κερκόλυρα, ἡ λύρα χαλκῆ (ἠχητική.) [illegible] hist. Litt. Gr. et Rom. I. p. 119.

CV.

Ibid. V. Κέρκυρ· Πρὸς τοῦτο Κέρκυρ οὐκ εἴρηται. ὃν πρόσκειται ἡμῖν, εἰ ἄρα δύναται γίνεσθαι, ἀλλὰ τί εἰρήκασιν Ἕλληνες; Ἀλκμὰν φησὶ·

Καὶ Κέρκυρος ἡγεῖται,

ἀπὸ εὐθείας τῆς Κέρκυρ. ἀλλ' οὐκ εἴρηται. οὐκ ἄρα ἔχεται τῆς ἀποκοπῆς· ἀλλὰ κλίσεώς ἐστι μᾶλλον, ὁ μεταπλασμός, ὥσπερ εὐθεῖα Κέρκυρ, ὃ μὴ εἴρηται, ὥσπερ τὸ ψίθυρ, μάρτυρ. — — οὕτως Ἡρωδιανός."

CVI.

Ibid. V. Ὄκκα δὲ τύνη εἴην, παρὰ Ἀλκμᾶνι. τὸ ὅτε ὄκα λέγει ἡ διάλεκτος· εἶτα διπλασιάσασα, ὄκκα. (Herodianus) Περὶ παθῶν.

CVII.

Ibid. V. Περίηρς ἐκ τοῦ περιήρης, ἄρον τὸ η, περίηρς. ταύτῃ ἐάν σοι προτεθῇ παρ' Ἀλκμᾶνι, ὅτι, κλῖνον αὐτό, μὴ κλίνῃς· ἐν γὰρ ἀκολουθεῖ ἡ κατάληξις, εἰ γίνοιτο περιήρους, πρὸς τὴν περιήρος εὐθεῖαν (Herodianus) Περὶ παθῶν.

CVIII.

Suidas V. Ψιλεύς· Ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἱστάμενος· ὅθεν καὶ Φιλόψιλος, παρὰ Ἀλκμᾶνι, ἡ φιλοῦσα ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἵστασθαι.

Hesych. V. Ψιλεῖς· Οἱ ὕστατοι χορεύοντες.

CIX.

Schol. Ven. A. ad *Il.* XII, 66 p. 295. Προπερισπαστέον δὲ τὸ στεῖνος· οὐδετέρως γὰρ ἐξενήνεκται· πᾶν δὲ οὐδέτερον εἰς ος λέγον ἐν ὀνόμασι βαρύνεσθαι θέλει. οὕτως οὖν καὶ μακρὸς ὀξύνομεν ἀρσενικὸν ὑπάρχον· εἰ δὲ οὐδέτερον γίνοιτο, βαρύνεται· οὕτως καὶ τὸ κλεῖτος· οὐδέτερον γὰρ γενόμενον βαρύνεται παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ·

Ἐν Θεσσαλίῳ κλεῖτει.

Hinc *Hesychii* glossam κλεῖτει — ἡ ἀγαθῇ δόξα a viris doctis vexatam, et Suidae Κλῖτος· Δόξα, illustrari, observavit *Heynius*.

CX.

Id. ad *Il.* XII, 137 p. 297: — Ἴσως δὲ βεβαρυτόνηται, (ἄνας) ἐπεὶ καὶ τὸν (leg. τὸ) ἄνος, καὶ τὸ Τραῦος κύριον, καὶ τὸ ψαῦος παρ' Ἀλκμᾶνι.

CXI.

Id. ad *Il.* XVI, 57 p. 376: — Ἐν δὲ εὐτείχης ὄνομα ἦν παρ' Ἀλκμᾶνι, ὀξύνεται τὸ ἐπιθετικόν.

CXII.

Id. ad *Il.* XVII, 40 p. 398: Τὰ μὲν εἰς τις λήγοντα θηλυκὰ δισσύλλαβα, μὴ ὄντα ἐπιθετικά, παραληγόμενα δὲ τῷ ο, ἤτοι μόνῳ ἢ σὺν ἑτέρῳ φωνήεντι, ὀξύνεσθαι θέλει, κοιτίς, (*Suid.* et *Etym. M.* κοῖτις) Προιτίς, φροντίς, οὐτίς, τὸ ζῶον, παρ' Ἀλκμᾶνι.

CXIII.

Schol. Victor. et *Townlej.* ad *Il.* XXI, 445 apud *Heyn.* T. VIII p. 206. (Ἐναίρειν.) Φονεύειν ἢ σκυλεύειν. περιάπτεται γὰρ νεβρίδας. Ἀλκμάν· Ἐπαμεναι (leg. ἐπάμμεναι h. e. ἐφάπτεσθαι) παρὰ δέρματα θηρῶν.

CXIV.

Eustathius ad *Il.* I p. 110, 37. Μονήρης δὲ ἐν θηλυκοῖς ἡ χείρ, ἣ κλίνεται διχῶς, ποτὲ μὲν διὰ τοῦ ε, ὅθεν καὶ τὰ χέρνιβα, ποτὲ δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου, ποτὲ δὲ κατὰ Ἡρωδιανὸν καὶ μεταθείσης αὐτῆς εἰς ἦτα, ᾧ μαρτυρεῖ φησὶν Ἀλκμὰν ἐν τῷ·

Ἐπ' ἀριστερὰ χηρὸς ἔχων.

CXV.

Id. ad *Il.* II, 654 p. 314, 41. Ἀγέρωχοι δὲ οἱ ἄγχι γέρας ἔχοντες. ὅθεν ἀγερέοχοι, καὶ ἐν συναιρέσει ἀγέρωχοι, κατ' ἐπίτασιν τῶν ἁπλῶς γεραρῶν. δηλοῖ δέ φασιν οὕτως ἡ λέξις τοὺς σεμνούς, ὡς Ἀλκμὰν βούλεται, κ. τ. λ. Beck. Anecd. 1. p. 326.

CXVI.

Eustath. in *Il.* V p. 546, 27. Φησὶ γὰρ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης τὸ ἀμύνεσθαι οὐ μόνον σημαίνειν τὸ κακῶς παθόντα ἀντιδιατιθέναι, ἀλλὰ τιθεῖσθαι καὶ ἀντὶ ψιλοῦ τοῦ ἀμείψασθαι ὁτιοῦν. καὶ φέρει χρῆσιν ἔκ τε Ἀλκμᾶνος τὸ·

Ου γὰρ πορφύρας τόσσος κόρος ὥστ᾽ ἀμύνασθαι.

καὶ ἐκ τοῦ Θουκυδίδου τὸ, Ἀξιοῦντ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι.

CXVII.

Id. ad *Il.* IX p. 756, 30 — ἀντιθέσει τοῦ ν εἰς λ. ᾧ ἀντιστοιχοῦσι Δωριεῖς ἐν τῷ φίλτατος, φίντατος, ἦλθεν, ἦνθεν, φίλτις, φίντις, παρὰ Πινδάρῳ, ἔλιτο, ἔντο, ταὶ Δωρικῶς γέντο, κέλετο, κέντο, παρὰ Ἀλκμᾶνι. *Maitt. De dial.* p. 193 Sturz.

CXVIII.

Id. ad *Il.* XVIII p. 1147, 1. Λῆδος — ὃ Δωριεῖς λᾶδος φασὶν, ὡς Ἀλκμάν·

Λᾶδος εἱμένα καλόν.

ὅ ἐστι λήδιον ἐνδεδυμένη ἐνειδής. V. *Brunck.* ad *Aristoph. Av.* 715.

CXIX.

Eustath. ad *Il.* VIII p. 1154, 25. Καὶ ὅτι ἀκμονίδαι οἱ οὐρανίδαι, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. ὡς δὲ Ἄκμονος ὁ οὐρανὸς, ὁ Ἀλκμάν φησιν ἱστορεῖν

CXX.

Id. ad *Il.* [illegible] p. 1547, 59. Λέγει δὲ καὶ Ἀλκμάν·

Τὰν Μῶσαν καταύσεις.

ἀντὶ τοῦ ἀφανίσεις. „*Hesych.* Καταῦσαι· Καταντλῆσαι, καταδῦσαι. Reponendum ex *Photii Lexico* καταντλῆσαι. Nescio enim, quo pacto evenerit, ut verba propemodum omnia, quae mergendi significationem habent, ut βυθίζειν,

βαπτίζειν, καταποντίζειν etc. abolitionis notionem comprehenderent." *Lobeck.* ad *Ajac.* p. 346 ubi multa congessit, e quibus maxime huç pertinet *Aristoph. Ran.* 970. Ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων.

CXXI.

Id. ad *Od.* XV p. 1787, 43. Λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς ἐκ τοῦ φιλῶ μετοχὴν φίλεις, καὶ τοῦ φρονῶ φρόνεις. — ἧς κλίσις (l. κλίσιν) παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰπὼν φυλάττεσθαι, παράγει χρῆσιν ἐξ Ἀλκμᾶνος τό·

Ἔστι παρέντων μνᾶστιν ἐπιθέσθαι.

ὃν κατὰ ἔξαρσίν φησι τοῦ ο, ἀπὸ τοῦ παρεόντων, ἀλλ' ἐκ τοῦ εἰς, ὄντος Αἰολικοῦ.

CXXII.

Id. in *Od.* XX p. 1892, 44. Ἔτι ἰστέον καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον ἦν ἐπὶ τρίτου ἑνικοῦ προσώπου ὁ Ἀλκμὰν ἦς λέγει μετειλημμένου τοῦ η εἰς ᾱ Δωρικῶς, ὡς ὁ Ἡρακλείδης παραδίδωσιν. Ita etiam in *Eclogis ex Eustath. et aliis Grammat.* in *Hortis Adonid.* p. 75.

CXXIII.

Demetr. Triclin. Schol. in *Sophoclis Oed. Col.* 1248. Νυχίαν ἀπὸ Ῥιπᾶν. — λέγει δὲ αὐτὰ ἐνύχια, διὰ τὸ πρὸς τῇ δύσει κεῖσθαι. μέμνηται δὲ καὶ Ἀλκμὰν λέγων οὕτως·

— Ῥιπᾶς ὄρος ἔνθεον ὕλας
νυκτὸς μελαίνας στέρνον.

Ursinus et H. Steph. vitiose: ῥιπᾶς ἔνθεον ὄρος, ὕλαι. Prior versus est tetram. catal. in bisyll. cui deest prima syllaba; alter jambicus. Urbs Ῥιπή, priori longa, occurrit apud *Hom. Il.* II, 606. 7, 3, 6.

CXXIV.

Ammonius De affin. vocab. differ. V. Ἶπις, καὶ θρίπες, καὶ κίς, καὶ ἴκες διαφέρουσιν. ἶπες μὲν γὰρ λέγονται θηρίδια τὰ διαβρωτικὰ τῶν κεράτων· — ἴκες

δὲ τὰ διεσθίοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀμπέλων. Ἀλκμάν· Καὶ ποίκιλον ἶκα, τὸν ὀφθαλμῶν ἀμπέλων ὀλετῆρα.

In MS. ab Ursino usurpato auctor hujus libri nominabatur *Symeo*, quod a Valckenario in praefatione haud memoratum video. *Greg. Cor.* p. 579 Aeoles dicit τὸ π προφέρειν κ. Ursin. ὀλετῆρα. Forte scribendum:

Καὶ ποίκιλον ἶκα, τὸν ὀφθαλμῶν τῶν ἀμπελάων ὀλετῆρα.

Sic πτάων, κολωνάων, ἀπὸ τοῦ κολώνου, aliique genitivi Dor. apud *Maitt.* p. 178 A.

CXXV.

Schol. ad *Lucian. Anach.* Cap. 32. Γέῤῥον, τετράγωνον σκέπασμα ἐκ στερεᾶς βύρσης, ᾧ ἀντὶ ἀσπίδος ἐχρῶντο Σκύθαι ἐν τοῖς πολέμοις ἐσκεπασμένοι. Φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων σημαινομένων παρὰ τοῖς παλαιοῖς. παρ' Ἐπιχάρμῳ μὲν γὰρ γεῤῥαναξία (l. γέῤῥα ἀναξία i. e. adjectivum corruptum; nam γέῤῥα Siculis sunt τὰ αἰδοῖα vid. animadversores ad *Hesych.*) καὶ λέγεται ἐπὶ τῶν αἰδοίων. Ἀλκμὰν δὲ ἐπὶ τῶν οἰστῶν (mirum, ni haec vox corrupta sit) τίθεικε τὴν λέξιν, κ. τ. λ.

Incerta.

CXXVI.

Ὀργαὶ μὲν ἀνθρώπων διακεκριμέναι μυρίαι.

Hunc versum, quem *Hesychius* et *Zenobius* V. Δίχολοι Bacchylidi tribuunt, tanquam Alcmanis laudat *Schol. Hippocrat.* apud *Foes. Oecon.* V. Ὀργᾷν, cui accedit *Ruhnkenius* ad *Hymn. in Cerer.* 205 Ed. 2. apud Hesychium legitur διακεκριμμέναι, apud Schol. Hippocratis Ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ βεβρεμέναι μυρίαι. Ὀργή, *ingenium*, *mores*. Versus est anapaesticus cum dipodia jambica, qualem vidimus Fr. XXXI.

CXXVII.

Hephaest. p. 25. Τὸ μέντοι τὸν σπονδεῖον ἔχον, ἀλλὰ μὴ τὸν ἀνάπαιστον παραλήγοντα, ἐστὶν οἱ Λακωνικὸν καλοῦσι, προσφερόμενοι παραδείγματα·

Ἄγετ', ὦ Σπάρτας ἔνοπλοι κοῦροι, ποτὶ τὰν Ἄρεως κίνασιν.

Cf. supra commentationem de Alcmane Not. 9, 2.

CXXVIII.

Καταθνάσκει, Κυθέρει', ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;
κατατύπτεσθε κόραι καὶ κατερύκεσθε χιτῶνας.

Hos versus Sapphoni plures adscribunt, nescio an ob nullam aliam causam, quam quod Sappho, teste *Pausania* IX, 29, Adonin cantavit. At Lacones etiam Adonia celebrasse, perinde ac Argivos, Athenienses aliasque civitates Graecas, etiamsi memoratum non inveniatur, nullus dubito, quum Veneris cultus ex Syria per Cyprum et Cytheram maxime insulas in Graeciam sese propagasse videatur. Alcmani eosdem dant *H. Stephanus* et *Jones De poesi Asiat.* p. 255, forte quia ecloga proxime antecedens apud *Hephaestionem* p. 34, ex quo solo hi versus innotuerunt, Alcmanis est. Ille quidem inter exempla antispasticorum rhythmorum eos profert, inque eo considerate fecisse videtur *Hermanno, De metris* p. 218, quamvis, si antispastici sint, nec forsitan choriambici cum basi, se alios ad hoc exemplum versus non reperisse profitetur, et postea in libro vernaculo eos excludens aliter statuisse videtur. Nec contractio repetita κατθνάσκει, quomodo apud Hephaest. scribendum erat pro καταθνάσκει, et καττύπτεσθε placet. Quare cum quibusdam aliis jonicos a minore fuisse credo, ab Hephaestione, quum forte ex errore calami vel κατθνάσκει vel καττύπτεσθε scriptum invenisset, cupide arreptos et, alterutro in doctrinae suae gratiam emendato, ad formas antispasticas augendas adhibitos esse. Pro τί κε θεῖμεν pravo conamine Pauwius proponit τί κε θεῦμεν, i. e. θέομεν, *quid currimus?* H. Steph. bene vertit *quid faciamus?* in quo respexerit Hesychii glossas Θείομεν· (l. θείομεν) Ποιήσομεν,

et Θείης' Ποιήσεις. Nam de forma Θίηκε' Ποιῶ dubitare licet. Apud Atticos scriptores frequens est θεῖμεν pro θείημεν.

CXXIX.

Priscianus p. 554. *'Aeoles τῷ υ ascribunt ο, non ut diphtongum faciant ibi, sed ut sonum υ Aeolicum ostendant, ut Callimachus:*

Καλλιχόρου χθονὸς 'Ουρίας θυγατήρ.

Pro Callimacho, cujus nomen a Codd. MSS. abesse a P. Bondano acceperat *Valckenarius*, in *Adon.* p. 279 C, *Bentlejus*, *Callim. Fragm.* CCLVIII, fuisse putat Alcaeum; Valckenarius autem l. c. Alcmanem, quia illud ου pro υ, licet in multis aliorum scriptis inveniatur, inprimis tamen Laconibus sit familiare. Majore forte jure versum tribuerit aliquis Corinnae, *Aeolicae* poetriae, quae cecinerat Metiochen et Menippen, Orionis, teste *Strabone* p. 404. *Hyriae* nati filias, Hyriei neptes, in stellas mutatas. Pro οὐρίας *Bentlejus* in ordinem recepit ἃ Ῥέα, Priscianum aut vilipendens, vel plane non capiens. Valckenarius nihil de hac voce monuit; num Ernestus fecerit, nescio, cum ejus editio non sit ad manus. Equidem certissime emendavi 'Ουρίας, littera majuscula, pro 'Υρίας scilicet, urbi prope Aulidem et Tanagram sita. *Strab.* l. c. *Steph. Byz.* V. 'Υρία.

CXXX.

Plotius De metris p. 2643 Putsch. *Trimetrum jambicum brachycatalectum colurum, quod Alcmanium nuncupatur, percutitur sic, cum novissimus pes, id est tertius, debens et ipse, sicut duo ante se quatuor habere syllabas, duas habet, ut est:*

Μέλει Φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώτου κέαρ.

Μέλος, potestate primitiva, *cura*, ut μελέδη, μελεδώνη, quam agnoscit quidem *Schneiderus* v. Μελεδώνη, sed exemplis nemo credo munivit. Pro δ' lege τ'.

Hic versus Aeschyli est Sept. 267. Vide Gaisf. ad Hephaest. p. 300.

CXXXI.

Priscian. Lib. I p. 546 Putsch. *F digamma Aeolis est quando pro nihilo accipiebant, ut:*

"Αμμες δ' Fειρήναν τὸ δὲ τ' ἄρ θέτο Μῶσα λίγαια.

Est enim hexametrum heroicum.

Nil mutavi in versu obscuro et abrupto. Pro ἄρ forte scribendum ἴαρ. Vid. *Brunck.* ad *Hesiod. Op. et D.* 432. Ananias ap. *Athen.* VII p. 282 A. Sic ἀεργός ex ἀειεργός, ἀικίλιες ex ἀειικίλιος.

Addenda et emendanda.

Pag. 2. *l.* 8. Christodorum non tam forma nominis 'Αλκμαίων, (melius enim sic a Brunckio scriptum est, quam in Vat. Cod. 'Αλκμάων) quam titulus μάντις offendisse videtur. Quare locus ille non arguit id, quod supra significavi.

Pag. 3. *not.* 2. Sic saepissime in *Suidae Lex.* combinata diversorum scholia, commentarii et glossae vel taedium vel errores pariunt. Praesertim quae de viris illustribus ex variis auctoribus petita coaluerunt, facile saepe speciem praebent plurium ejusdem nominis hominum. Videsis quae ad nomina *Eueni, Menandri, Melanippidis, Musaei, Orphei, Philemonis, Phrynichi, Pindari, Sorani, Taletae, Theaeteti, Theodectae, Xenophontis Ephesii et Cyprii, Corinnae, Sapphonis, Myrus et Myiae* aliorumque congesta sunt, de quibus longum est singulatim exponere.

Ibid. not. 3. Saepius Crates a Suida memoratur, sed semper, praeter locum nostrum, sine cognomine. Usus, scriptores celebriores cognominandi Alexandriae et ubique in scholis grammaticorum maxime viguisse; inprimis vero sibimet ipsis grammatici invicem agnomina in-

dendi studiosi fuisse videntur. Sic ex uno Suida varie cognominatos discimus e grammaticis Apollonium, Demetrium, Hegemonem, Herodianum, Homeros duo, Joannem, Posidonium, Seleucum, Theagenem, Timaeum Tauromeniten, Tyrannionem, Zenodotum, Zoilum, quibus ex J. A. Fabricii Catalogo grammaticorum sat magnus numerus adjici posset. Cf. etiam *Ptolem. Heph.* L. 5 in fin. Quidam ἱστατικοὶ nuncupabantur. Notus est Athenaei Κειτούκειτος; Dionysius ὁ Ἴαμβος, apud *Plutarch. De mus.* p. 1136 Dionysius ἐπίκλην Μεταθέμενος (*Eustath.* p. 1680, 44 *Diog. L.* V, 92.) Plurima philosophorum etiam et poetarum cognomina otiosis et saepe cavillandi cupidis grammaticis deberi reor, quam classem auctor commentationis futilis *De l'autorité que les sobriquets ou surnoms burlesques peuvent avoir dans l'histoire* in *Hist. de l'Acad. des Inscr.* T. XIV omnino praetermisit, v. p. 188.

P. 4. In Epigr. Aetoli describendo secutus sum Plutarchi lectionem. *Cod. Vat.* T. I p. 522 novae Ed. legit Σάρδις ἀρχαῖαι, πατέρων νομός.

P. 4. *l.* 18. Vid. *Heynianam Pind.* Edit. T. II p. 160.

P. 5. *l.* 3. Ergoteles, Cnosso patria expulsus, Himeraeus dicitur; *Pind. Ol.* XII. Tyrtaeus secundum *Platonem De Legg.* I p. 629. A (illic enim Suidam spectavi) erat φύσει μὲν Ἀθηναῖος, Λακεδαιμονίων δὲ πολίτης. Sic Theognidem, Megaris Graeciae natum, πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων fuisse docet ibid. p. 630 A. Vid. *Passovius* v. cl. ad *Theogn.* 773, (cui non praetereundus erat *Schol. Plat.* p. 220 Ruhnk.) in recenti Ed. Bekkeriana, quam, dum haec excudebantur, commodum ad me perlatum, perlegens, quum de pluribus locis aliter judicarem quam annotatores, age, aliquot saltem, quibus conjecturando medicinam feci, huc attexam.

V. 288 lego:

Ὥσθ' οἱ πᾶσι ἀεὶ πολλὸν ἀνολβότεροι.

Vid. 797 sq. *Matthiae Griech. Gramm.* p. 151.

V. 1086:

Δήμωναξ σοὶ πολλὰ φέρειν βαρύ· ἐν γὰρ ἐπίστῃ cet.

Hinc augeri possit *Wassenberghii Diss. De nominib. hominum et locorum*

propr. oblit. aut viliat. Ruhnk. Ep. crit. I p. 155 Ed. a. 1808: „Solent tamen librarii frequentius nomina propria in appellativa mutare, quam contra." Fraudem librario fecit vitiosa scriptura δημῶναξ. V. 400 Cod. Mutin. dedit Εὐτράπελ' pro corrupto ἔντρεπε. V. 1059 Τιμαγόρα πολλῶν in plerisque codicum corruptum fuit in τιμᾷ γὰρ Ἀπόλλων.

V. 1202:

Τῆς ἀειμνήστης ἥπτετο ναυτιλίης.

Ἀείμνηστος enim non solum valet *semper memorabilis*, quam solam Lexica H. Stephani et Schneideri habent significationem; sed etiam *memor*, e. g. de ira, ut apud *Isocr. Panegyr.* p. 172 H. Wolf. (cap. 42) οὕτως ἀειμνήστως πρὸς αὐτοὺς τὴν ὀργὴν ἔχουσιν. *De pac.* p. 422: ἐξ ὧν ἀειμνήστους τὰς ἔχθρας πρὸς ἀλλήλους ἔχουσιν, atque hinc improprie *continuus*, *immortalis*, uti ibi redditur ab H. Wolfio.

V. 1282:

Τῶν δὲ καλῶν παίδων οὔτις ἔτ' οὐκ ἀδικῶν.

V. 1343:

Τλήσομαι οὐ κρύψας ἀεικούσια πολλὰ βίαια.

Ἀεικούσια refertur ad οὐκ ἐθέλοντος ἐμοῦ. Sensus: *Quod hucusque me invito factum est*, sc. τὸ ἐκφαίνειν, *hanc injuriam jam patienter feram, nec amplius occultabo*, sc. me illum amare, *quia adeo pulcher est, ut amor ejus dedecori mihi esse nequeat*

Minus plerisque probabitur, nec mihi quidem plane satisfacit V. 338 emendatio:

Ζεύς μοι τῶν τε φίλων δοίη τίσιν, οἵ με φιλεῦσιν
τῶν τ' ἐχθρῶν μεῖζον, Κύρν', ὀδυνησαμένων.

Medium pro activo, ut in verbo simili; *Hes. Theog.* 97 φιλεῦνται pro φιλεῦσι cf. *Matthiae Gr. Gramm.* p. 689. Μεῖζον autem reddendum foret: *quod quidem optabilius etiam*, sc. quam ἡ τῶν φίλων τίσις. *H. Steph. Thes.* T. II p. 837: „Cicero certe μεῖζον vertit non solum *praestantius*, sed etiam *optabilius*, in Plat. *Tim.* ut te docebit meum Lex. Cic."

V. 277 οἱ ponendum videtur pro τόν. Pronomen obliteratum, quia longius a παῖδας erat remotum. — V. 418. λόγος ἐπιτρεπίης, mera circumlo-

cutio; et sic omnia plana et a Camerario optime explicata. — V. 1216 forte scribendum Ἀιθαιῶ pro Ληθαίῳ. *Steph. Byz.* Ἀιθαία, πόλις Λακωνικῆς μία τῶν ἑκατόν. Ejusdem fuerit gentile Ἄιθων V. 1209, licet alia etiam ejusdem forma in usu fuit. — V. 1231 scribendum Μαίαι, littera majuscula, ut 729 Φροντίδος. — V. 1257 lege ἐκτίνοντι, ut 1261 et 1302, pro κινδύνοισι, et V. seq. φιλῇ, pro φιλῶν, i. e. *amari te pateris.* Sed haec hactenus.

P. 5 *l. ult.* Rheam cum Cybele, (nam Γᾶ, quae Pactolum incolit, est Cybele) confundens, *Sophocl. Phil.* 391 ipsum Jovem Sardibus indigenam appellat, nisi dicere malimus, arctiorem primitus utriusque gentis conjunctionem eum prodere, Telluremque Graecam et Phrygiae Deam, priusquam confunderentur, (de qua re omnibus numeris absoluta est dissertatio *G. Zoëgae* in *Anaglyph. Romae* Tab. VIII) revera non fuisse diversas.

P. 6 *l.* 7. Hyagnis tibiae inventor; vid. *Dioscor.* Ep. 15 in *Anal.* T. I p. 496 et quos ibi advocat Jacobsius. Add. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 211.

P. 8 *l.* 13 *not.* 7. Quod *Hermesianax* 15 sqq. ait, Musaei carminibus etiam mortuam vixisse Antiopen, inde ad erotici carminis antiquitatem nihil fere cogitur, quia de ipsa istorum carminum aetate non constat. Tum Antiope heroina fuisse videtur, improprie ab Hermesianacte Musaei amores vocata, sicut V. 30 Penelope Homeri. Quod ad Hesiodi apud eundem amicam Eoeam attinet, nemo non suffragabitur Ruhnkenio.

P. 9 *l.* 8. Hoc etiam uti poteram, quod Eupolis cantilenarum poetae illudens aptissime adhibuerit numeros lyricos. De quantitate vocis σαμβύκη vid. etiam *Schweigh.* in *Opusc. Acad.* T. II p. 192 et in Obss. in *Athen.* XIV p. 636 B.

Ibid. not. 8. Ut Κολυμβῶσαι vere fuerint carmen Alcmanis, παρθένειον scilicet, in quo virgines natantes cecinerit, (cf. *Horat. Od.* III, 12, 9.) nihilo secius isthaec a Suida extrinsecus adscita videntur; nam dicendum erat ἐν οἷς (τοῖς ἐξ ᾀσμάτων βιβλίοις) καὶ αἱ Κολυμβῶσαι. Heraclides prae-

terea librum Tellidis et Hesiodi Opera et Dies adoo aliquibus placuisse narrat, ut iis sint immortui.

P. 10 *l.* 12. *Carminum convivalium Graec.* editor p. XXXVI, quum Beckius posterioris scholiastae explicationem vanam existimasset, huic quidem non accedit, sed distinguit inter παρθένια, *carmina a virginibus cantata*, quod genus defendit loco incongruo, *Poll.* IV, 81, de puellis saltantibus agente, non canentibus; et παρθενεῖα, *de virginibus et a virginibus cantata*, quale fuerit de Harpalyce, *Athen.* XIV p. 619 F. Καὶ γίνεται ἐπ' αὐτῇ παρθένοις ᾠδῆς ἀγὼν ἥτις Ἁρπαλύκη καλεῖται. Nostram igitur classem priorem non agnoscit. Accentus, de quo veteribus in voce παρθένια non convenit, nulla, me judice, ratio habenda.

P. 10 *l.* 16. Eximendum est de hoc numero Nr. XII, quod nec parthenii pars, nec omnino fragmentum, sed, nisi egregie fallimur, *Epigramma* est integrum.

P. 11 *l.* 10. Locus valde memorabilis Pseudo-Censorini, cujus opusculum A. Schottus etiam suae Proclianae Chrestomathiae editioni subjunxit, plenius erat exhibendus: *Cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus, Hesiodus, Pisander, et hos secuti elegiarii Callinus, Mimnermus, Eurestus;* (leg. *Eumelus*, sive *Euenus*) *mox Archilochus et Simonides trimetrum jambicum* [et] *chorium* (i. e. trochaicum) *catalecticum*[que] *tetrametrum composuerunt. Archilochus etiam commata versibus applicando variavit; ea potius* (Nunnesius: *epodos*) *per plurimas species secuit. Alcman numeros etiam minuit in carmen; hinc poetice melice* (sic optime restituit Nunnes. pro *poetriae melicae*, quod ab utroque editore citato receptum est, quum antea legeretur *poeticae.*) *At Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros* cet.

Tyrtaeus?

P. 12 *l.* 4. Idem hujus versus nomen, si tanti sit hoc memorare, legitur in *Trichae* libro *De metris* p. 15, ubi etiam tetrametrum acatal. dactyl. Ἀλκμᾶνι ἔνδοξον esse ait. — Ex eodem (p. 38 cf. 51) notabimus ad Fr. VII, tetrametris acatal. jon. a minore non nisi Alcmanem, Alcaeum

et Sapphonem usos esse. Pag. 41 exscripsit Hephaestionis locum ad Fr. XXXIV prolatum.

P. 12 *not.* 2. *Demetr. Tricl. De metris Sophocl.* p. 9 Ald. M. anapaesticum metrum Laconicum dici ait διὰ τὸ τὸν Λάκωνα πολλῷ τούτῳ χρῆσθαι.

P. 13 *not* 4. Jambicum trim. catal. *Hephaestio* ex Archilocho adoptavit p. 16. cf. p. 12. *Serv. Honor.* p. 1818 eum vocat Hipponactium Cf. etiam Fr. CXXX. *Ibid. l.* 13 Pauwius legi vult Ἀλκαίῳ.

P. 15 *l.* 6. Quod ad Pherecydem attinet, morbi foedissimi fama quomodo a maledicentia profecta esse possit, digna est cui attendamus ingeniosissimi viri coniectura in *Stud. a Daub. et Creuzero* ed. 1807 p. 472.

P. 17 *l. ult.* Festinanter scribens Barnesium male vituperavi; tritum enim est, adjectiva, quum in nomina propria transeunt, accentum mutare.

P. 19 *l.* 8. Μοῦσα λίγεια *Hom. H.* XVI, 1.

P. 20 *l.* 28. De formis κυδρός et κυδνός v. *Brunck.* ad *Theogn.* 124 post *Ruhnken.* in *Ep. crit.* I p. 167 Ed. noviss. Pag. seq. l. 23 κυδρός excudi volui.

P. 22 *l.* 7. Contraria menda in *Hymn. Hom. in Apoll.* 372, ubi legebatur ἵμερον μένος.

P. 23 *l.* 7. Pro 66 leg. 665. De synizesi ~~syllabae εω cf. *Seidl.*~~ ad *Eurip. Iph. T.* 631. *De vers. dochm.* p. 46. 49 s. 93. Epicharm. apud *Athen.* VII. p. 282 B. σηπίας χρόμιός τε, utrumque bisyllabum. *Corinna* apud *Hephaest.* p. 9 in Hexametro ἦ διανεκῶς, si tamen lectio genuina. *Boeckhius* in not. crit. ad *Pind. Ol.* XIV, 1 contractionis vocalium εω, ut in Καφισίων, nullum in veteribus certum esse exemplum, speciosa multa, judicat. Ceterum quae de metro illic somniavi, furcis expellenda.

P. 24 *Fr. IX.* De Mimnermi Musarum genealogia cf. *Pausan.* IX, 29 p. 766. Apollinis filias eas perhibuit Eumelus Corinthius, vetustissi-

mus poeta; alio tamen loco vulgarem secutus traditionem. Vid. *Ruhnk. Ep. crit.* II p. 309.

P. 27 *l.* 11. τοῦ δευτέρου, sc. βιβλίου, non ἄσματος, quia Fr. III diserte citatur ἡ δευτέρα ᾠδή, nimirum libri primi.

P. 32 *l. ult.* *Plotius* p. 2653 anapaestum etiam tetram. brachycat. cum spondeo in sede septima Laconicum vocat.

P. 34 *l.* 10. Leg. *ex* pro *et.*

P. 45 *l.* 22. Apud *Christod.* 505 Ἀνῆος υἱός *Hermann. Orph.* p. 719 ob nomen proprium brevem syllabam produci censet; sed quid hoc ad Nostrum? Digamma nec nostrae linguae alienum. In Germaniae inferioris dialectis est *Boverdör* pro *Oberthür* cum aliis similibus. Cf. etiam *Kanne Verwandtschaft der Griech. und Deutsch. Spr.* p. 93.

P. 46 *l.* 8. Primam in παῖανα ancipitem esse discimus ex *Athen.* p. 701 F.

P. 53 *l. ult.* Aptius haec in tres versiculos dirimentur. Hexameter certe admodum inelegans.

P. 58 *l.* 4. In Cod. Leidens. exaratum est ἴπαλλε, δαήμονας et οἱ ἶθι. Ceterum totum Scholion verbotenus cum Pseudo-Didymeo consonat.





